DE PACTIS ANNO 1556
APUD VALCELLAS INDUTIIS

THESIM

PARISIENSI LITTERARUM FACULTATI PROPONEBAT

AD GRADUM DOCTORIS PROMOVENDUS

GEORGE DURUY

Ancien élève de l'École normale supérieure
Ancien membre de l'École française de Rome

PARIS
LIBRAIRIE HACHETTE ET Cie
79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

1883

DE PACTIS ANNO 1556

APUD VALCELLAS INDUTIIS

COULOMMIERS. — TYPOGRAPHIE P. BRODARD ET Cie.

DE PACTIS ANNO 1556

APUD VALCELLAS INDUTIIS

THESIM

PARISIENSI LITTERARUM FACULTATI PROPONEBAT

AD GRADUM DOCTORIS PROMOVENDUS

GEORGE DURUY

Ancien élève de l'École normale supérieure
Ancien membre de l'École française de Rome

PARIS
LIBRAIRIE HACHETTE ET Cie
79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

1883

MATRIS MEMORIÆ

D. D. D.

AUCTORES

Ribier. — Lettres et mémoires d'Estat pour servir à l'histoire de Henri II. Parisiis, MDCLXVI.

Granvelle. — Papiers d'Etat du cardinal de Granvelle. Documents inédits sur l'histoire de France. Parisiis, MDCCCXXXXIII. Edit. Ch. Weiss.

Charrière. — Négociations de la France dans le Levant, ou Correspondances, Mémoires et Actes diplomatiques. Documents inédits sur l'histoire de France. Parisiis, MDCCCL.

Michiel (Giovanni). — Dépêches de G. Michiel, ambassadeur de Venise en Angleterre (1554-1557), déchiffrées et publiées d'après les documents conservés aux Archives nationales de Venise, par Paul Friedmann. Venetiæ, MDCCCLXIX.

Thuani. — Historiarum sui temporis libri CXXXVIII. Londini, typis Samuelis Buckley, MDCCXXXIII.

Nores (Pietro). — Guerra degli Spagnuoli contro Papa Paolo IV. Archivio Storico Italiano, t. XII.

Navagero. — Relazione di Roma al Senato (1558). Florentiæ, MDCCCXXXXVI, edit. Eugenio Alberi. Relazioni Venete, ser. II, vol. III.

Bromato. — Storia di Paolo IV. Ravennæ, MDCCXXXXVIII.

Pallavicino. — Istoria del concilio di Trento, scritta dal Padre Sforza Pallavicino, della Compagna di Gesù, poi cardinale della S. R. Chiesa. Mediolani, MDCCXXXXV.

Noailles. — Ambassades de MM. de Noailles en Angleterre, rédigées par feu M. l'abbé de Vertot. Leyde, MDCCLXIII.

DE PACTIS ANNO 1556

APUD VALCELLAS INDUTIIS

ARGUMENTUM

Quinto decimo Februarii die, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, subitus quidam atque tumultuosus Romam pervaserat rumor. Viterbii scilicet episcopus, idemque apostolicus in Francia nuntius, litteris ad Paulum Quartum missis demonstrabat Henricum Secundum, Francorum Regem, cum Imperatore Carolo Quinto per legatos convenisse, eosque, tertio Februarii die, indutias in quinque annos apud Valcellas fecisse [1].

Quo cognito, tantus fuit omnium et ipsius pontificis stupor ut allatis litteris vix crederent. Quid enim? Duo tantum menses effluxerant ex quo societas inter Henricum Secundum et Paulum Quartum erat composita. Cujus pactionis conditiones, admoto sigillo, Rex ipse recentius confirmaverat, ita ut in omnium memoria, immo in ore essent. Nec vanus tantum de fœdere adeo felici sermo habebatur : jam res ad effectum spec-

1. Cf. Pallavicino, *Storia del Concilio di Trento*, t. II, lib. XIII, cap. XVI, p. 451.

tabat; jam bellum parabatur; nemo enim dubitabat quin Rex, jurisjurandi religione obstrictus, in fide permaneret. Nunc autem, positis armis, omissaque rerum italicarum cura, non modo in periculorum partem venire nolebat quæ ab ipso conflata erant, sed in alia etiam pericula Summum Pontificem subita proditione præcipitem agebat, eumque hostibus, ut ita dicam, ludibrio esse sinebat.

Itaque, indignatione permoti, Franciæ Regem gravissimis exsecrationibus omnes prosequebantur, perjurum a Summi Pontificis proditorem vociferantes. Nec vulgi tantum exarsit furor; sed quicumque de rebus italicis eo tempore aut etiam posterius scripserunt, vehementer in Henricum invecti, turpitudinis notam ei voluerunt inurere. Petrus enim Nores, Pallavicinus, Bromatus, omnes ad unum idem sentiunt : Regem dolo res molitum, ac silentio diu consilia tegentem, unanimo consensu improbe egisse pronuntiant, quum ad suam ipsius tantum, non ad socii utilitatem respexerit. Quod quidem judicium quam grave sit, satis constat. Nobis autem, illam judicii gravitatem considerantibus, hoc desiderandum videtur quod nemo inter nostrates historicos recta, ut decebat, æstimatione rem perpendit. Qui rerum francicarum historiam perpetuo per tot sæcula tenore evolverunt, Henricus Martinus, Michelet, Dareste, icti ad Valcellas fœderis brevem admodum mentionem faciunt. Plura autem in illo fœdere, alia aliis implexa, reperias. Itaque, si quis tantum inspiciat quid inde commercii inter Franciæ Regem atque Imperatorem intercesserit, quidve aut commodi aut detrimenti utrique allatum sit, necesse erit multa, aut adumbrata modo,

aut tenebris omnino adoperta maneant. Ad tertiam enim personam, Summum dico Pontificem, res pertinebat. Sæpius autem historiarum scriptores ostendere omittunt quantum illis indutiis Summus Pontifex fuerit delusus. Quin immo vix curant de occultis definiendis causis, propter quas, ex insperato, cunctisque stupentibus, inter Franciam Hispaniamque concordia in breve tempus reconciliata est.

Quæstionem, quum per se anceps sit, expedire nobis propositum est. Quo statu ad medium annum 1555 utriusque principis res erant? Quibus causis, sive privatis sive publicis, ad id Carolus Quintus adductus est, ut eas Francorum Regi indutias concederet, quæ haud scio an plus Imperatori dedecoris afferebant quam detrimenti, quum Rex omnia a se parta servaret? Qua denique rerum serie, Henricus Secundus in eam partem latus est, ut Romæ quidem de Neapolitano regno ducatuque Mediolanensi simul bello occupandis ageret, apud Valcellas contra de indutiis quæ quasi universæ pacis primitiæ fore videbantur? Cur paucis post diebus quam societatem cum Summo Pontifice inierat, a socii causa descivit, quinque annorum pacem cum hoste pacturus? Quomodo, rerum opportunitate strenue usus, aliud alio tempore egit? Utrum meritis eum exsecrationibus italici historiæ scriptores oneraverunt, an, ira suadente, intemperantius in regem invecti et omnia ejus consilia in pejus accipientes, falso proditionis crimen ei intentaverunt? Hæc omnia in lucem proferre, ac veritatem illustrare operæ pretium est.

I

QUO STATU, RES HENRICI SECUNDI ET CAROLI QUINTI FUERINT ANTE INCEPTA, APUD VICUM IN AGRO CALETENSI QUI GALLICE NOMINATUR MARCQ, MENSE MAIO 1555, COLLOQUIA.

Joannes Capellus, Venetorum orator, quum e Francia anno 1554 reversus, concionem in senatu de more faceret, aperte professus est Henricum Secundum, tanto in Carolum Quintum odio flagrare ut ei, tanquam capitali inimico, quam pessime precaretur, nec expleri posset nisi vel mortuo vel plane everso Imperatore [1].

Ille enim Francisci Primi filius, ab anno 1547, regni scilicet primo, ad medium annum 1555, semper huic sævissimo hosti, in quem majore gloria quam fructu pater ipse pugnaverat, nunc aperte nunc occulte obluctatus est. Quin Henricus ille, quum Aureliani dux esset, quam infensum Imperatori animum gereret, patefecerat, qui, quum jam in eo esset ut fœdus apud Crispiacum iceretur, palam se præbuisset cupientem ut in bello persevera-

1. *Documents sur l'histoire de France*. Relations des ambassadeurs vénitiens sur les affaires de France au XVI^e siècle. — Relation de Giovanni Capello, I, 382.

retur, et paci coram notariis ita reclamasset, ut se fœdus non conscripturum testaretur, nisi patris jussa efficere vellet [1].

Vix rex factus, bellum ille paravit, quod, data occasione, susciperet. Nempe, jam anno 1548, singulis suis apud externas gentes ministris litteras misit, quibus litteris certiores faciebat quo loco essent et regni intimæ res et belli apparatus, et oppidorum munitiones, et ærarium, quantæque sibi cum Helvetiis et Scotis essent necessitates, quamque tranquilla pace, etsi perturbata esset Burdigala, Francia uteretur [2].

Quod grave documentum si legeris, persuasum habebis Henricum, quum hæc scripserit, tametsi non dixerit se proxime pacem Imperatoris dirempturum, permagno belli studio flagrasse. Quum enim ille quæ penes se sint opesque viresque exponat, unumquemque, ut manifestum est, certiorem facere vult et se iterum bellum suscipere posse, et Franciam, si quis cum ea jungere amicitiam velit, huic magno fore adjumento.

Nam Henricus, valde quidem sibi ac populo suo confisus, tamen, ut pater, semper in hoc laboravit ut sibi pararet amicos ex externis gentibus; quem, vix incepto regno, se Scotorum rebus immiscentem, adversusque Anglos, qui cupiebant ut ab Eduardo Sexto, rege suo, Maria Stuartina in matrimonium duceretur, Mariæ Guisiæ causam suscipientem videmus. Francica quædam classis, exposito in Scotia parvo exercitu, Junio mense, in Galliam reducit reginam ejusque filiam, quæ statim Aureliani Duci despondetur. Ab hoc die Rex noster quasi

1. Dareste, *Hist. de France*, IV, 48.
2. Ribier, II, 171.

in manu Scotiam habet, potestque optimo jure, ut in epistola ministro cuidam missa dicit, se jactare « de tenir et posséder ce royaume avec tel commandement et obéissance qu'il a en France ». Quibus effectis, breve bellum in Anglos initum Franci prospere in Scotia faciunt, Anglorumque classem in Oceano Britannico debellant primo die Augusti mensis 1549; ictoque fœdere, Bononiam urbem, quam sextum jam annum Henricus Octavus obtinebat, recipiunt (24 martii 1550).

Tum quoque Henricus Secundus res Italicas magnopere curabat, qui, quum Imperator, promulgato per Germaniam illo Interim [1], et Petro-Ludovico Farnesio, Papæ filio, necato, occupataque Placentia, graviter Pontificem offendisset, eo tempore callide usus est ut in Pauli Tertii gratiam rediret. Quin etiam, anno 1549, de societate inter Franciam ac Sedem Apostolicam jungenda deliberatum est, quæ ob id unum non facta est quod eo anno (10 Novembris) mortuus est Papa. Oranti duci Parmæ, Octavio Farnesio, ut se ac ducatum suum, quibus Imperator et novus Pontifex, Julius Tertius, gravissimam pestem minabantur, Francia in fidem reciperet, Rex annuit (11 maii 1551), fœdere icto. Brissacus marescalcus, qui Subalpinæ provinciæ præerat (hanc enim a Francisci Primi temporibus Franci obtinebant), jussus est milites mittere qui Parmam ac Mirandulam adversus Imperatoris ac Papæ copias tuerentur; ita ut bellum oblique quidem, re tamen initum sit, etsi non palam est professus Rex Franciæ fœdus apud Crispiacum ictum rumpi.

1. Ribier, II, 312.

Callidissime Franciscus Primus Turcis sociis usus erat; ac, nisi sæpius terra marique pugnando Solimanus impedivisset quominus Imperator victoriam prope certam reportaret, dubium est quid de Francia in bello a nostro Rege in Carolum Quintum, ingenti dimicatione, gesto, eventurum fuerit. Quare, quum pater expertus esset in trepidis rebus quam utile esset tales socios in promptu habere, Henricus Secundus non sic erravit ut se a Turcarum societate averteret. Quin etiam, regnante Henrico, majores quam antea necessitates inter Francos ac Turcas intercesserunt. Huic primo operi curam impendit Henricus, ut indutiæ a Turcarum imperatore, anno 1547, in quinque annos Imperatori et Romanorum regi concessæ [1] tollerentur; quas Rex noster, dum timebat ne Carolus Quintus, a Turcis securus, Germanicas res sine arbitro, Franciæ incommodo ac detrimento, componere posset, gravissime ferebat. Quapropter orator quidam Constantinopolin profectus est, gravissimo mandato instructus [2]. — Quo documento Henricus Turcarum imperatorem monebat a se ducem Octavium Farnesium in tutelam receptum, et in Italia bellum adversus Imperatorem initum esse; Germanicas nonnullas urbes a Carolo Quinto adeo descivisse ut imperata recusarent; Romanorum regem cum fratre de Imperatoria potestate dissentire; a semetipso denique Franciæ episcopos retineri, ne adversarius posset Concilium, ut meditabatur, in Germania habere. Jussus erat Franciæ orator, Aramons nomine, postquam exposuisset quam infelici statu

1. Charrière, II, 21; annotatio 1; epistola a domino de Aramonte ad Regem scripta.
2. Ribier, II, 297.

essent res Imperatoris, vehementissime urgere Turcarum imperatorem ut indutias Carolo Quinto Ferdinandoque concessas tolleret, hac suscipiendi belli causa sumpta, quod Andreas Auria, qui Imperatoriæ classi præerat, jam aggressus regem Algerii, Dragutem, Solimani vassalum, ei duas urbes in littore Africæ sitas detraxerat. Denique expostulare debebat Aramons ut Turcarum Imperator classem mitteret, quæ cum Francica juncta in unum consuleret [1].

Quæ mandata ab Aramonte procurari postquam audierunt Imperator et frater ejus, maxime anxio sollicitoque animo fuere. Ne tollerentur indutiæ, quas permagni uterque æstimabat, adeo humiles demissosque se præbuerunt ut bis, quasi supplices, Rustano purpurato scriberent. Quibus epistolis rationem reddere aut veniam petere conabantur, si quid egissent quod Turcæ causam belli fore arbitrarentur. Carolus Quintus ipse pro certo profitebatur a se Andreatem Auriam ob id unum jussum esse duas urbes, Africam ac Monasterium, apprehendere, quod navibus Dragutes prædaretur. Ferdinandus autem, qua poterat, crimina abnuebat quæ ei de occupata Transylvania nec soluto vectigali objiciebantur [2].

Attamen illorum conatus in irritum ceciderunt. Contra Regi Franciæ res in optimum vertit : nam Turcica classis Constantinopoli profecta, exacto admodum Quintili mense, Italiæ littora attigit eaque a Pharo Messanæ usque ad Neapolin omni clade vastavit : quam ad urbem permansit, donec Francica classis se conveniret, exspectans [3].

1. Ribier, II, 297.
2. Ribier, II, 399.
3. Ribier, II, 402.

Nam, dum Aramons magnam rem ad bonum exitum perducebat de qua orator Constantinopolin missus fuerat, Henricus Secundus ipse apud Friedwald in Saxonia (mense Octobri 1551) sibi occulto fœdere adjungebat principes protestantes germanos, in Carolum Quintum conjuratos, et, iis ad id adductis ut ipsum nominarent Imperatorium Vicarium, tandem palam bellum Imperatori, Februario mense 1552, indicebat. Simul ac Germaniæ pars, excitante Mauritio Saxone Septemviro, arma capiebat, Henricus, qui jam Lotharingiam ineunte Aprili invaserat cum maximo exercitu, potitus est Metis, Tullo, Nancejo et Viroduno, atque ineunte Maio in Alsatiam penetravit. Denique, quum non potuisset in suam ditionem Argentoratum redigere, in Luciliburgi agrum irrupit, ibique a Francis aliquot parvis urbibus captis, ducatum Bullionium obtinuit. Interea Imperator, quum pæne in eo fuisset ut a Mauritio Saxone Septemviro apud Œnipontem improviso exciperetur, cogebatur fugam celerare. At Henricus Secundus, rebus tam bene gestis elatus, propere socium Solimanum de rerum statu monebat, eique mandabat sibi in animo esse tam feliciter incepta sine mora persequi. Nam ei propositum erat copias in Belgium inducere, ut cum exercitu a Maria, regina Pannoniæ, ibi comparato congrederetur. « J'espère parler de bien près aux plus fortes et plus braves places que l'empereur ait sur les frontières [1]. »

Historiarum scriptores non satis liquido demonstrant bellum illius anni 1552, peritissime atque occultissime ab Henrico Secundo et Mauritio Saxone paratum, ita compo-

1. Ribier, II, 390.

situm fuisse ut Imperator simul non in Germania modo et in Belgio sed etiam in Italia lacesseretur. Nempe, adversantibus Neapoli multis qui ægre ferebant se ita ab Hispanis opprimi, nobilis quidam vir Neapolitanus, princeps Salerni, ducem se iis præbuit qui novis rebus studebant et cum Francia occulte egit, cui pollicitus est omne regnum ad arma iturum, si modo sibi etiam paululum subveniretur. Quare Henricus Secundus vehementissime sollicitari Turcarum Imperatorem voluerat ut classem ad Italiæ littora mitteret. Etenim, ut ante dixi, Solimani naves in stationem ad Neapolin venerant, quo Francica classis eas conveniret. At hæc non venit : Turcæ autem, quum multis diebus eam exspectassent, naves solverunt, Regi Franciæ vehementer offensi [1]. Quapropter non, ut propositum erat, impetus in urbem Neapolin fuit factus. Quamvis autem manifestum esset res ita male cessisse quia parum properaverant Henrici ministri, hic tamen nihil pensi habuit quin a Turcarum Imperatore expostularet, epistola 28 Novembris 1552 scripta, ut altera turcica classis vere proximo mitteretur. Quin etiam, necnon impudenter, se cupere dicebat ut illa classis juberetur ad Franciæ littora hiemare « pour plus endommager notre dit ennemy et luy abbaisser son orgueil [2] ».

Attamen Imperator, quum, quædam opportune concedendo, Germanos principes a Franciæ societate avertisset, magnas copias comparavit adversus Franciam, ut omnes molestias quas ab ea erat passus, ulcisceretur. Quum quidem marescalcus Brissacus omnes in

1. Ribier, II, 402.
2. Ribier, II, 409.

Subalpinam provinciam Ferdinandi Gonzagi impetus retudisset, et in nostra potestate adhuc esset Augusta Vagiennorum, ac denique jam fœdus (12 Aprilis 1552), cum Papa ictum, finem imposuisset bello inter Franciam Sanctamque Sedem de Parma inito, res nostræ in Italia bene cedere videbantur. Quare Rex noster se parare potuit ad sustinendum impetum hostis eo magis formidandi, quod spe graviter erat destitutus, superbiaque ad id accendebatur ut vices redderet sævissimas. Neminem autem præterit quomodo Imperator, dum incommodum apud Œnipontem acceptum sarcire volebat, alterum ad Metas acceperit, quas ab undevicesimo die Octobris 1552 ad secundum Januarii 1553 frustra obsedit. Non tamen contigit ut reliquias hostium cedentes urgere possemus, prohibente seu frigore (quod illa hieme asperrime sæviit), seu mora ac prudentia nimia constabuli, qui tum exercitui apud Metas præerat. Hostes autem, quos non ad internecionem cecideramus, in fines nostros, vere anni 1553, redierunt, captamque Taruennam acerbe diruerunt (20 junii). Ibi in eorum potestatem venit filius ipse constabuli, Franciscus Momorantius. Nec in Hedinum, septimo decimo Julii mensis occupatum, minori crudelitate usi sunt. Hoc tamen fœdissimo bello, hisque cruentis victoriis famam Imperatoris, clade apud Metas offensam, non instauraverunt.

Bello ita in septentrionalibus finibus gesto, Henricus Secundus nec prohibuerat quin hostes et regnum invaderent et duas urbes everterent, nec eos, vastata Atrebatensi provincia, liberaliter ultus erat. Ille autem, quum serius in Picardiam cum magno exercitu venisset, hunc dimittere, extremo Septembri, coactus est, priusquam

quidquam memoria dignum fecisset. Contigit vero ut res in Italia ei melius cederent. Nam urbs Senæ, in Hispanos excita, statim ab Henrico Secundo auxilium petierat, et Francicum acceperat præsidium, cujus gratia nobis liceret ducem Florentiæ, Imperatoris socium, speculari ac continere. Nec Brissacus e Subalpina provincia cesserat. Denique, Rege Franciæ pertinaciter precante, Turcarum imperator illam miserat classem, quam Henricus, ut supra dixi, a Novembri mense superioris anni expetebat. Operæ pretium erit carptim omnia exponere ea, quæ mari acta sunt hoc anno (1553), a rerum scriptoribus sæpius breviter commemorata.

Regi primum in animo erat ea classe, cujus potestatem ei obsequentissime fecerat Turcarum imperator, uti, seu ad invadendam Etruriam, ubi Senas a minantibus Cæsarianis et duce Florentiæ liberaret, seu ad arma in Neapolitanum regnum rursus inferenda, quod anno superiore ad effectum adduci non potuerat. Sed, accepta apud Montem Ilcinum clade [1], hostes finibus Senarum abierunt, nec ulla causa fuit cur Francica Turcicaque classis illuc opem ferrent. Quin subregulus Neapolis, quum cognovisset quem anno superiore impetum princeps Salerni, Francique et Turcæ facere sibi proposuissent, ita regnum munivit ut contra illud nihil jam tentandum videretur. Quare Henricus Secundus Polinio Gardæ, qui Francicis ac Turcicis navibus præerat, scripsit id unum ei spectandum esse ut Corsicam occuparet [2]. Altera epistola, sexto decimo die Quintilis missa, rex noster iterum flagitabat a Turcarum imperatore ut Turcicam classem in

1. Charrière, II, 263.
2. Charrière, II, 264.

Tyrrheno mari hiemare sineret. Sed eodem tempore (quod vix fidem habet) oratori, qui Solimano epistolam reddere jussus erat, profitebatur se nolle Mediterranei maris suos vel Senenses portus Turcicæ classi permittere in quibus, ut ipse petebat, hiemaret [1]. Ex quo manifestum est Henricum eo socio, cujus tamen adjumentum ei tanti erat, liberius sane usum esse.

Utcumque se res habet, Francica ac Turcica classis, quibus præerant Dragutes et Polinius Garda, ineunte Quintili anni 1553, ad Pharum Messanæ pervenerunt et in Septentriones præter Calabriæ oram cursum tenuerunt. Quamvis princeps Salerni reclamaret, Turcæ, perinde ac si hostes Franciæ regis profligandi essent, semel et sæpius appulerunt atque ita populati sunt littora ut piratæ potiùs quam belligerantes esse viderentur. Gallicæ classis præfectus sævitiis obstare frustra conabatur, utpote quæ infamiæ notam et Regi et Franciæ inurerent. Ipse Dragutes se professus est vesano prædantium ardori exstinguendo [2] imparem.

Omni littore, a Messanæ Pharo usque ad Neapolin, vastato incensoque, classis cursum ad Siciliam vertit, cujus in oram Turcæ non semel descenderunt; ibi quoque, ut Pantellariæ, cuncta igni ferroque populati sunt. Inde ad Tunetem ire volebant; nec nisi operose Garda Draguti

1. Ribier, II, 439.

2. Ribier, II, 442 : « Dragut fit réponse qu'il avoit charge du Grand Seigneur de ruiner et brusler tous les lieux qui ne se voudroient mettre en vostre obéissance, et que ceux qui estoient avec luy ne s'estoient mis dessus la mer sinon en espérance de gaigner..... Ils firent une autre descente à trente ou quarante milles de là, et bruslèrent de sept à huit lieux de pays le long de la marine et deux lieues dans terre ferme, là où il y avoit plusieurs villages et champs pleins de bleds. De quoy le prince de Salerne se montra grandement travaillé..... » (Epist. Polin. Gardæ ad Regem.)

persuasit ut ad Ilvam insulam tenderet. Ibi quidem multos pagos socii ceperunt, quibus etiam in animo fuit Portum-Ferratum obsidere. At tum novæ ortæ sunt controversiæ, quod commeatus, nomine Franciæ regis promissi, quibus valde opus erat Turcis, non afferebantur. Attamen Dragutes operam, quam ab Henrico jussus erat, navare Gardæ haud noluit. Transvexit in insulam Corsicam Francorum copias, quas ab Etruria adduxerat dominus de Termes, obsidendæque in partem venit Bastiæ, quæ cum Bonifacio urbe, capta est. Brevi Genuenses nihil præter Calvium habuerunt, cujus occupandi spes Francis erat, quippe qui victoria nuper in aperto relata superbirent [1]. Ad id igitur profecit Turcas cum Francis hoc anno 1553 belli societatem iniisse, ut obtineretur Corsica. Quo quidem exitu sane compensabatur eversæ Taruennæ, Hedinique a Cæsarianis militibus funditus diruti detrimentum. Quapropter, Regi ineunte Octobri, scribebat dominus de Selve, ille Franciæ apud Venetiam orator : « Sire, sur l'entreprise de Corsica et les oppositions des malings qui la vouldront calumnier, l'on estime que vous avez faict une des plus belles conquetes que vous pouviez faire et qui mérite plus d'estre gardée que Parme ne Sienne..... car ceste isle bien munye et fortiffiée est un grand cavalyer sur toute l'Italye, que vous avés acquis et basty en bien peu de temps [2]. » Idem sentiebat et ipse cardinalis Bellæus. Habemus enim epistolam ab eo scriptam secundum post annum, qua constabulo exponit quot quantaque commoda Franciæ afferat

1. Ribier, II, 452-456.
2. Charrière, II, 279.

Corsicæ possessio, affirmatque jam Franciscum primum de illa occupanda cogitasse [1].

Anno 1554 iterum, sed frustra, Turcæ bello se immiscuerunt. Namque Turcicum imperium quam maxime vexabatur et nece principis Mustafæ, quem pater occidi jusserat, et ingenti bello in Persas suscepto. Dragutes, qui Turcicæ classi præerat, in quo omnes spem victoriæ ponebant, ab hostibus forsan emptus, nulla re acta, bello abscessit [2]. Cæsarianæ quidem copiæ hoc classis Turcicæ discessu ita feliciter usæ sunt, ut iterum Francos in insula Corsica vincerent, ibique prope omnia, a se anno superiore amissa, recuperarent. In Italia autem dux Florentiæ, Imperatoris socius, Senas obsedit, intus sperans ita fore ut hanc urbem sibi retineret, si modo ea fuisset potitus. Qui ejus copiis præerat, Marchio Melenianus, Strozzio (Januario mense) apud Marcianum, posteaque apud Lucignanum profligato, mox obsidione urbem cingere cœpit. Contra Monlucius ab Henrico Secundo cum opibus Siennam missus qui opera defendendæ urbis administraret, impigre restitit. Cladem a Strozzio in Italia acceptam compensaverunt res prosperrime in Hannonia gestæ. Ibi enim Francorum exercitus Mariaburgum, Bovinium Dionantumque cepit, Imperatorem coegit Bruxellis Antuerpiam decedere, atque superior fuit, tertio decimo die Augusti, in prælio apud Rantiacum cum Cæsarianis commisso, quibus præerat dux ipse Sabaudiæ Emmanuel Philibertus. Prohibere tamen non potuere Franci quin hostes regni fines transgressi Picardiam Octobri Novembrique vastarent.

1. Ribier, II, 467.
2. Charrière, II, 321.

Hiems, ut solet, res bellicas, quæ apud fines Belgicos gerebantur, distinuit. Non enim fieri poterat ut in regione bello vastata et jam tertium annum quum a Francis tum a Cæsarianis direpta, copiæ nutrirentur. Vere novo (1555) in Italia rursus ad arma itum est. Marescalcus Brissacus, tertio die Martii 1555, Casalium, munitissimum oppidum cepit. At, paucis post diebus quam hoc erat nuntiatum, Rex audiit traditam esse a Monlucio per condiciones urbem Senas (21 Aprilis), atque a Strozzio Portum Herculis.

Ita æquo marte a Rege Franciæ et Imperatore pugnabatur. Neuter bellum profligare poterat. Attamen Francia ad lassitudinem vergebat. Ad hoc enim bellum diutissime multisque locis, Parmæ, in Subalpina provincia, in Etruria, in insula Corsica, in Lotharingia, in Belgio sustinendum maximas impendi pecunias oportebat. Jam autem anno 1552, quum singulæ ecclesiæ vicenas libras vectigalis nomine solvere jussæ essent, cleri repugnaverant, et regina Catherina Medicea, quæ absente rege regnum procurabat, ad id coacta fuerat ut audaciam quorumdam prædicatorum gravissimis pœnis frangeret [1]. Orator quidam Venetorum, Joannes Capellus, anno 1554, dicebat regem Franciæ, dum bellum gereret, a populo suo, qui ejus amantissimus esset eique maxime pareret, pecuniam ad voluntatem impetrare posse [2]. Anno tamen 1551 ferme exhaustum erat ærarium nostrum. Quid mirum? Nonne Bononiæ magno auri pondere ab Anglis (anno

1. Ribier, II, 389.
2. « S'aviene occasione di guerra, essendo i popoli ubedientissimi, e per la gran riverenza che hanno al suo re et per l'abondanza e fertilità del regno, volontieri danno quanti denari vuole S. M. » (*Relations des ambassadeurs vénitiens*, I, 368.)

1548) redemptæ fuerant? Nonne principibus Germanis protestantibus, ex pacto fœderis apud Friedwald icti (anno 1551), pecuniæ ad bellum collatæ fuerant? Nonne Helvetiis mercede conductis stipendia quotannis dari oportuerat? Nonne et classem in Mediterraneo mari, et exercitum in Subalpina provincia, et præsidia Parmæ, Mirandulæ, Senæque sustentare necesse fuerat? Denique, quid de cultu luxuque magni ac splendidi comitatus dicam, qui, quum quotannis quatuordecies centena millia nummorum cogerentur [1], plus quam octoginta millia ipse absumebat? Ærarii quidem penuriam aperte testantur documenta. Nam, Septembri mense anni 1553, rex noster militibus, qui pugnabant apud Cameracum, duorum mensium stipendia debebat nec debitam solvere pecuniam poterat nisi « en doubles ducatz de cuyvre doré et liardz d'estaing [2] ». Octobri mense 1554 agitatum est « d'assembler tous les estats de France pour obtenir le taillon, qu'est une accreu de tailles ordinaires quant il y a extrême nécessité [3] ». Optimates de fortunis omnibus deturbati erant, « pour avoir servy aux bans et arrière-bans, pour avoir au service du roy es longs véaiges soubstenu grands frais ». Cleri iterum iterumque sibi pecuniam in singulos annos imperari querebantur, « estans les églises ecclésiastiques si rechastrées par les décimes, et accreues de décimes, et aultres impositions comme des cloches et calices [4] ». Quid de plebe dicam? Graviora solito tributa illi extorquebantur, quum ad annua quæ pendebat vectigalia annuæ accede-

1. Cf. *Id.*, ibid.
2. Granvelle, IV, 108.
3. Granvelle, IV, 332.
4. Granvelle, IV, 556. Adde Ribier, II, 389.

rent indictiones. Immo, vix supererant quæcumque ad vivendum sunt necessaria. Inde fiebat ut, quamvis regi et consiliorum ministris luctuosum videretur pacisci, quiete tamen omnino opus esse intelligerent.

Nunc autem, exploratis Henrici rebus, oculos in Imperatoris partes conjiciamus. Alterum, alterâ de causâ, pacem desiderare apparebit.

Carolus enim, vergente in senectutem ætate, suæ potentiæ magis quam annorum pondere jacebat confectus. Ex quo ad Imperium evectus universi orbis dominationem affectaverat, quantum animi studium, quantas corporis vires impenderat, ut immensum illud ædificium moliretur, quod, vix exstructum, aliqua ex parte semper corruebat! Iteratæ apud Ænipontem ac Metas clades eum spe suâ dejecerant. Nec tantum animus, sed corpus ipsum, oneri impar, fatiscebat, quippe quod articulari morbo mirum in modum laboraret, ut artus prope distorqueri viderentur : « de gros nodus que ce prince avoit, qui lui rendoient les mains comme percluses [1] ». Ergo, ingravescente in diem valetudine, jam rebus suis diffidebat, fortunam, mulieris instar, senes aversari, non sine miserabili pristinæ felicitatis recordatione dictitans. Nunc, post tot bella e bellis sata, post tantos militiæ domique labores, nihil quiete optabilius ei videbatur. Nunc tædio erat Imperatoria majestas, quieti tanquam interposita.

Ad medium annum 1555, Imperator fateri cogebatur omnia quæ de Germania consilia ceperat, in irritum cecidisse. Namque, apud Molibergam ingenti reportata

1. Ribier, II, 637.

victoria (23 Aprilis 1547) se adeo valere crediderat ut Imperatoriam emanciparet potestatem, et sine arbitro, promulgato illo Interim quod Augustæ Vindelicorum (1548) edidit, rem illam de religione difficilem, quæ jam pridem Germaniam conturbabat, expediret. At quartum post annum invitus cogebatur jure suo decedere, et, dum protestantibus multa concedebat Passaviensi fœdere 1552, tantam catholicorum movere indignationem ut hi, jam Imperatoris inimici facti, eumdem, qui tantopere novas de religione res impugnaverat, cum Lutherio conspirare dicerent.

Imperatori vero res non melius cesserat efficere conanti ut post mortem suam filius suus Philippus Imperatoriam dignitatem obtineret. Carolus quidem, anno 1530, fratri Ferdinando regis Romanorum dignitatem attribuendam curaverat : quod pollicebatur fore ut hic Imperatorium munus exciperet si modo in medio poneretur. Carolus autem Quintus, ut Imperii molem abjicere volebat, ita tamen non nisi invitus poterat partem aliquam regni Philippo tradere; ac (quod quidem summo gaudio Regi Franciæ, indefesso scilicet hosti, esset futurum) Germaniam Hispaniamque ita dissociare ut alia alii pareret. Nec modo in Franciam odium, sed etiam in filium amor eum urgebat ut vellet illam formidandam ac continuam tot regnorum societatem, vel postquam se Imperio abdicasset, permanere. Quapropter conatus erat Ferdinandum ad id adducere, ut hunc regis Romanorum titulum, quem ei imprudentissime ipse Carolus dederat, relinqueret. Sed, etsi summa solertia usus est Granvellius; etsi regina ipsa Pannoniæ Maria [1], eorum soror, quam sibi conciliaverat

1. Cf. *Historia Philippi II*, Watson, lib. I.

Carolus, eum adjuvit; etsi denique fratri ducatum Albioriensem [1] Imperator obtulit, obstinato tamen animo repugnavit Ferdinandus. Cujus ipse filius Maximilianus, ne, rebus ita se habentibus, spe blanda depelleretur accipiendi olim a patre Imperii, patrem ad resistendum cohortabatur. Quare Carolus, quum maxime miraretur quod frater, ad hoc tempus facillimus, ita subito nec opinato obsisteret, quumque hoc novo impedimento in iram accenderetur [2], in animum induxit Philippum quoque Romanorum regem facere, qui in partem dignitatis cum Ferdinando veniret [3]. Illis autem consiliis vix cognitis tota Germania mirum in modum adversata est. Quidam Septemviri etiam professi sunt se malle suffragii jure in Septemvirorum consilio spoliari quam ei instituta et leges Imperii rumpere parato annuere [4]. Omnibus una voce prohibentibus, Imperator fractus est atque hujus peragendi consilii spem deposuit. Illi autem non amplius profecerat quam quod cognoverat Germaniam ipsam, quam sibi domitam credebat, infensam esse, atque a se animos averterat et fratris et nepotis, quibus postquam erga Carolum fidissimi, studiosissimi, amantissimique fuerant, aliquid iracundiæ semper ab hoc tempore superfuit [5].

Quum res ita Carolo male cessisset, ei, favente rursus fortuna, in promptu fuit pro amissa Germania Angliam Philippo præstare. Nempe, sexto die Quintilis 1553, rex

1. Cf. Ribier, II, 280.
2. Cf. *Correspondenz des Kaisers Karl V*, t. III, p. 15, 21.
3. Cf. Ribier, II, 312.
4. Cf. Ribier, II, 280.
5. Cf. Mignet, *Abdication de Charles-Quint*, p. 117. — Watson, *Historia Philippi II*, t. I, p. 8.

Eduardus Sextus, sine prole mortuus, regnum tradidit Mariæ, quæ et Imperatori affinis et catholica et aragonensis erat. Statim Carolus colloquia de proposito Philippi cum filia regis Lusitaniæ conjugio intermisit [1], et callidissimum in Anglia oratorem Simonem Renardum jussit secreto res præmoliri ut connubium fieret, quo pensaretur acceptum in Germania incommodum. Namque Philippus, si Anglia ejus ditionis fieret, Francis ac Protestantibus odio in Imperatorem conjunctis, futurus erat non minus formidandus hostis, quam si Germania esset potitus. Tanti res esse videbatur ut Carolus Quintus de illa virgine sibimet ipsi ducenda paulisper cogitaret [2], veritus ne, si Philippus hæreret dubius aut negaret, Maria Tudoriana alium quemlibet principem conjugem eligeret, utpote quam simul in matrimonium petere cuperent et regis Lusitaniæ frater et filius quidam regis Romanorum Ferdinandi [3]. Tum autem vicit Imperator. Nam, extremo Octobri 1554 certum erat connubium; atque aliquot post menses Philippus, qui jam a patre acceperat regnum Neapolitanum ac ducatum Mediolanensem, rex Angliæ, ducta Maria, factus est (25 Quintilis 1554).

Quod quidem connubium Imperatori mera fuit victoria. Etenim dum Angli, qui ab externis ac præsertim ab Hispanis alienissimi erant, tantam in iram accendebantur,

1. Cf. *Ibid.*, p. 68.

2. Cf. *Papiers de Granvelle*, IV, p. 108. Epistola Imperatoris ad Simonem Renardum (vicesimo septembris 1553 die.)

3. Cf. *Papiers de Granvelle*, IV, p. 147 et 155. Epist. Mariæ ad Ferdinandum et Imperatoris ad Renardum. — Adde Ribier, II, 461, 485, 489. Ex his a Ribiero collectis documentis sequitur quum Imperatorem magna de hoc connubio sperasse, tum autem ejus fratrem Ferdinandum ejusque nepotem Maximilianum id ægerrime tulisse.

ut, vix audito hoc connubio, rebellarent, et Mariam cogerent suppliciis regnum inchoare; dum Rex ipse Franciæ, sollicito animo, stomachabatur quod frustra suus orator, Antonius de Noailles, conatus erat Caroli Quinti de Anglia consiliis obstare [1], Imperator contra jure optimo lætatus est ad tantam potentiam hoc connubio suum filium crevisse. Hac victoria adeo exsultavit Carolus ut iterum ad Imperium Philippo parandum spectaret, tanquam non intelligeret ita fore ut Ferdinandus, quum occupandi regni, quod frater obtinebat, spe dejectus esset, quumque ægre ferret illam virginem regiam, nuper a Philippo relictam, nunc filio suo offerri, magis quam unquam antea ab exuendo Imperio abhorreret [2].

Imperator tamen fortunæ in melius mutatæ gravissimas pœnas erat daturus. Nam, quum magnas pecunias [3] in Anglia impendisset, seu ad Mariam reginam adversus Anglos adjuvandam, seu ad faciendam Philippo copiam, ut animos Anglorum ad benevolentiam ingenti largitione alliceret, Carolus Quintus non potuerat tantum comparare exercitum, ut feliciter adversus majorem

1. Robertson, *Hist. Caroli-Quinti*, lib. XI, p. 446.

2. Ribier, II, 485... « L'Empereur fait tout ce qu'il peut pour se réconcilier à son frère le roi des Romains et à son fils le roi de Bohême, qui n'y veulent aucunement entendre, connaissans bien le fonds de son intention et estant de tant plus fort irritez de ce mariage d'Angleterre; estimant que c'estoit chose qu'il devoit plustôt promouvoir pour l'archiduc son nepveu que pour son fils, et *jugeans qu'il l'a faict pour le rendre fort à venir au point de cette succession à l'Empire.* »
Adde Ribier, II, 501. Epist. oratoris regii apud Venetiam ad Henricum II : « Il s'est parlé de faire épouser au second fils du roy des Romains la fille de Portugal, laquelle le prince d'Espagne devait naguères prendre à femme, qui serait un os à ronger qu'on jetteroit audit roy des Romains pour l'appaiser et faire taire et pour le garder de maligner et contrarier contre l'Empereur ès choses de l'Allemagne..... »

3. Cf. Granvelle, IV, 297. — Watson, t. I, p. 12 et 25. — Mignet, *Abdication de Charles-Quint*, p. 77.

exercitum ab Henrico Secundo coactum pugnare posset. Franci igitur Mariaburgum, Bovinium ac Dionantum ceperunt. Videre est in litteris a Carolo ad oratorem suum in Angliam missis quantopere Imperator contenderit, ut illa gravia belli detrimenta parvi momenti esse viderentur [1]; quam anxio animo Angli, auditis illis, fuerint; quam autem effuse Franci exsultaverint [2].

Aliis mox rebus sollicitatus est Imperator. Angli enim quam infestum haberent regem externa de gente sibi impositum, non celabant [3], quippe qui sentirent filium libertati suæ ac religioni quasi pestem imminere, sicuti pater ipse Germanorum libertati ac religioni erat minatus. Frustra calliditate summa astutiaque usus est Philippus ut sibi populos illos nuper ditionis suæ factos conciliaret ac devinciret [4]. Etsi et ipse et regina omni studio atque opera laborabant ut Angliam cum Imperatore adversus Franciam consociarent, eorum tamen conatus nihil valebant. Etsi rex nomine vocabatur Philippus, non ideo vera potestate utebatur [5]. Quin, vel

1. Cf. Granvelle, IV, 262. Imperator ad Renardum, septimo vicesimo Junii die 1554.

2. Cf. *Ibid.*, p. 271. Renardus, quarto Quintilis die. « La noblesse et le peuple entrent en désespoir des affaires de Votre Majesté et disent que le mariage se soit procuré pour remédier les affaires de Votre Majesté, tellement que les visages changent et les volontés sont incertaines...... »

3. Cf. Prescott, *Histor. Philippi II*, trad. Renson, I, p. 140.

4. Cf. Prescott, I, 129, nota 2. Verba referuntur quædam oratoris Venetorum Michieli Soriani. (Cf. *Id.*, p. 137, nota 1.)

5. Orator Venetorum Sorianus, cujus verba refert Prescott p. 140 annotatio 1, dicit : « L'Imperatore che disegnava sempre cose grandi pensò potersi acquistare il regno con occasione di matrimonio di quella regina col figliuolo ; ma non gli successe quel che desiderava perche questo Rè trovò tant impedimenti e tante difficoltà che mi ricordo haver inteso da un personnagio che S. M. si trova ogni giorno più mal contenta d'haver atteso a quella pratica perche non haver nel regno nè autorità nè obedienza nè pure la corona ma solo un certo nome chè serviva più in apparenza che in effetto. »

deprecante uxore, non impetraverat ut parlamentum juberet ipsum solenniter insigni regio coronari [1]. Angli quidem pertinaciter eum habebant non regem sed reginæ maritum [2]; ita ut Carolus Quintus cui omnia dili gentissime rescribebat Simo Renardus, tristis videbat omnes spes evanescere quas in connubio filii cum Maria regina posuerat.

Ideo ad id sensim adducebatur quod diu secum foverat [3], ut se imperio abdicaret, ac sibimet ipsi quod reliquum esset vitæ viveret. Sed filius erat qui medio juventæ flore in paternas opes succederet. Itaque Carolus, ut juveni rebus gerendis nondum satis assueto aliquid laboris ac periculi detraheret, eique quam facillima præstaret tirocinia, pacem non minus quam Henricus sibi necessariam esse sentiebat [4]. Illam, ut filio pater, ita et subditis imperator omnibus votis petebat. Etenim, si bellum in longius duceret, periculum erat ne, audita principis abdicatione qui tantas in rebus humanis partes obtinuerat, illa orbis scena, jamdiu perturbata, majore tum perturbatione misceretur. Sin autem omnia a bello quieta relinqueret, imperium nullo populorum detrimento in heredis manus cessurum esse confidebat.

1. Watson, p. 17.
2. Forneron, *Hist. de Philippe II*, t. I, p. 45.
3. Mignet, *Abdication de Charles-Quint*, cap. 1.
4. Cf. Pallavicino, II, 452 : « Stimava prò del figliuolo, che alla novità di si vasta somma, potesse applicare intera la forza delle giovanili sue spalle, e non distratta nella pugna con si poderoso nemico. »

II

PRIMUM INTER REGIOS AC CÆSAREOS ORATORES COLLOQUIUM

Habitum mense Maio 1555, in vico agri Caletensis qui gallice Marcq nominatur, inter Regis Henrici Secundi et Imperatoris Caroli Quinti, oratores colloquium, mediam se gerente Maria Angliæ regina. Quibus de causis neutri in concordiam venire voluerint.

Ut medio anno 1555 graves causæ suberant cur Henricus Secundus et Imperator diutino certamini finem vellent imponere quo exhaustæ utriusque populi vires videbantur, ita Anglorum regina eadem pacis cupidine, immo majore flagrabat, quippe quæ, si a bello vacua esset, nec Caroli Quinti armis faveret, dilecto conjugi displiceret, sin autem Anglos bellum adversus Francos gerere cogeret, in majore invidia apud suos esset. Bello autem composito, nec mariti nec civium voluntati infitias ibat, nec regina populo, nec conjux conjugi non satisfaciebat. Quid quod, dum hæc animo agitat, ei consiliorum adjutorem haud spernendum cardinalis Polus se offert, qui a Julio tertio legatus pro pace nominatus, inter Angliam et Apostolicam Sedem pacem nuper conciliaverat, ingenioque et

eloquentia fretus, nunc se Gallorum regem in gratiam cum Imperatore reducturum non desperabat.

Ex quo quidem Henricus Secundus, dum amicitiam cum Mauritio Saxonio et principibus fœderatis jungit, se aperte Caroli Quinti hostem professus erat, non defuerant qui pacem inter tantos reges componere conarentur. Sic Edoardus Sextus, junior Anglorum rex, William Pickering mense Martio 1553 miserat qui se medium gereret [1]. Is quidem operam perdiderat. Tum Summus Pontifex, quum se in pacificationem interponere et ipse gestiret, cardinalem Polum legatum pro pace misit eodem anno, mense Novembri, qui Imperatoris verba referret. Quem Henricus recentibus in Lotharingia victoriis elatus, dubio ambiguoque sermone exceperat « per se non stare quin optimum illud et sanctissimum pacis conciliandæ opus ad exitum perduceretur [2] ». Mense autem Aprili (1554) quum rursus ab eodem legato urgeretur, eo apertius liberiusque quæ repetebat exposuit, quod Carolus nuper apud Mediomatrices male rem gesserat. Postulabat igitur ut sibi Mediolanensis ager restitueretur, et Neapolis, et Sicilia et Genua, ut Atrebates et qui Flandras incolerent imperio suo subjicerentur; denique, ut urbes quæ Insula, Duacum, Origiacum, Turnacum appellantur, Francorum fierent. Præterea socio suo, Octavio Farnesio, urbem Placentiam repetebat et agri Parmensis oppida quæ occupaverat Imperator; Antonio autem Borboni Navarram, quam anno 1512 Ferdinandus Catholicus armis subegerat. Denique petebat ut Carolus Senæ Juliæ cives

1. Cf. La Ferrière, *Le* XVI[e] *siècle et les Valois*, d'après les *Documents inédits* du British Museum, p. 13.
2. Ribier, II, 477.

suis legibus vivere sineret, qui, Hispanorum præsidio expulso, secundo ante anno, in Francorum fidem confugissent.

Quum Rex tot et tanta affectaret, non mirum videbitur cur multi concordiam reconciliari posse diffisi sint. Quod quidem ex cardinalis Bellæi litteris apparet quas mense Maio scribebat : «... Nous ne montrons pas que le roi ait moins de désir qu'il doit du repos commun, mais aussi touchons-nous bien le peu de besoin qu'il en a..... Nous mettons encore tout doucement en jeu la difficulté qui se trouveroit maintenant sur les restitutions réciprocques, ayant le roi fait de si grandes conquestes qu'il a, et ledit empereur n'en ayant une seule entre les mains.... Par ces propos nous ferons ici trouver la paix d'autant plus louable à l'endroict du roy, si Dieu permet qu'elle se fasse; et là où elle ne se fera pas, nous aurons ce sirop préparatoire de la médecine à venir pour obvier aux crieries et calumnies [1]. » Ceterum, adeo non Henricus de pace tum cogitare videbatur, ut contra in epistola ad eumdem Cardinalem de bello adversus Florentiæ ducem apparando tantum mentio fuerit, qui cum Carolo Quinto fœderatus erat [2].

Immo si quis ea quæ Henricus comiti Roquendolfo in Germaniam misso, desinente mense Januario 1554, mandabat, legerit, facile perspiciet Francorum Regem, quamvis pacem non recusare videretur, bellum semper meditari et parare. Per eum quidem legatum, Henricus, quum se regi Romanorum Ferdinando filioque Maximiliano, Boiohemi regi, amicum profiteretur, illis auxilia adversus

1. Ribier, II, 512.
2. Ribier, II, 516.

Imperatorem offerebat qui Imperium jure vindicantibus injuriam inferret, quum suum ipsius filium, Philippum, Imperatorem fieri conaretur : « Quod si Ferdinandus nihil adversus Carolum moliri auderet, Turcarum metu, Henricum tanta apud illorum imperatorem gratia valere ut eum deterreret ne Ferdinandi ejusque filii fines invaderet. Ad hæc Regem comiti Palatino congratulari, ducibusque Albiorii, Boiariæ et Saxoniæ quod societatem Heidelbergi conflavissent, patriæ, libertatis et boni publici causa. » Denique Henricus multas excusationes afferebat quod tres Lotharingiæ civitates occupaverat, memorabatque se id fecisse ut Mauritii Saxonii, sociorumque precibus pareret ; ceterum incolas immunes mansisse, clementerque ab ipso semper habitos [1], etc.

Ex quo facile perspici potest cardinalem Polum, dum pro pace in Francia se interponit [2], Regemque et ejus ministros ambit et fatigat, minus ex sententia rem gessisse. Immo ubi ille, Mariaburgo capto Francos exsultantes vidit et ad bellandum ferociores, se quidquam de pace profecturum desperavit, Angliamque repetivit, reginæ Mariæ elusas spes frustrataque consilia narraturus.

Nec minus interea, quamvis alter ex hostibus animos minime placidos gerere videretur, Pontifex Julius et ipse pacem restituendam curabat, ut qui ad concordiam et suo Pontificis ministerio et suopte ingenio ferretur. Itaque regius orator Henrico scribit quarto et decimo die Novembris, anno 1554, « summum Pontificem Imperatori litteras misisse quibus eum admoneret, quum filium

1. Ribier, II, 507.
2. Granvelle, IV, 233. Litteræ Imperatoris ad Simonem Renardum in Anglia oratorem.

suum tantum esse vellet, tot regnorum terrarumque compotem, omni ope atque opera nitendum esse ut illi filio pacem quæreret et pararet; sin minus, se adversus eum Deum judicem testari[1]. » Immo ex altero documento magis etiam patet quam diligenter Julius, propositi tenax, pro pace se interposuerit, scilicet ut cui nihil de bello sperandum esset. Octavo enim die Februarii (anno 1555) orator a Rege Francorum Romam missus, de Selve nomine, Henrico scribebat Pontificem iterum atque iterum ab Imperatore Philippoque filio pacem rogavisse, nec solum Christianos bello fessos laborantesque homines, ut Papam decebat, ostendisse, sed aliquid addidisse quod Imperatorem magis commoveret. Etenim, quum Anglia modo in Sanctæ Sedis obedientiam redacta esset, ex Anglis multi, fidei suæ tenaces, necnon Elisabethæ fautores, in Franciam transibant. Si vero Henricus Imperatori fœdere jungeretur, admonebat Julius fore ut non jam transfugis hospitium neque auxilium præbere posset, nec socios in Anglia invenire quemadmodum socios in ipsa Germania haberet[2].

Hic rerum status erat quum Maria regina, cardinali Polo auctore, necnon propriis causis impulsa, componendæ pacis munus suscepit[3]. Sed priusquam se mediam offerret, intercessionem suam Carolo non ingratam fore pro certo habere voluit. Qua de re igitur quum Imperatoris legatum consuluisset, ille renunciavit Carolum quidem a pace facienda non abhorrere; ea autem quæ Francorum Rex proposuisset accipi non posse[4]. Quod

1. Ribier, II, 542.
2. Ribier, II, 596.
3. Granvelle, IV, 274
4. *Id.*, ibid.

quidem non mirum videbitur si quis illas pacis condiciones, quas supra memoravimus, animo repetierit. Interea Mariæ seconsiliorum adjutorem haud parvum obtulit Comes stabulorum. Qui ad concordiam conciliandam inclinabat non modo quod æmulos, ducem nempe Franciscum cardinalemque Guisium, belli fautores videbat, sed etiam quod ipsius filius, bello captus apud hostes retinebatur, et fœdere tantum facto, patriæ patrique restitui poterat. Itaque legatus Anglorum in Francia ineunte Novembri 1554 reginæ scribebat Comitem stabulorum Regis animum ad pacem omni modo flectere [1]. Immo paucis post diebus Simo Renardus regi Romanorum nunciabat Momorantium a regina petiisse ut se pacis sequestram gereret, et confessum esse sibi pacem regni et religionis causa optandam videri, et quod longissimo bello ærarium exhaustum esset, et quod Protestantium opes in dies increscerent [2]. Non igitur dubium est quin Momorantii consilia Henrici animum aliquantum mutaverint; ineunte enim Januario mense 1555, Rex pacis conditiones minus graves proponebat. Petebat enim ut bello parta restituerentur; ut Regis filia, Elisabetha nomine, Carolo Philippi filio, nuberet; ut secundus Regis filius Ferdinandi filiam duceret quæ in dotem conjugi suo Mediolanensem agrum afferret; ut dux Sabaudiæ unam ex Henrici sororibus, Margaritam, duceret, illiusque matrimonii ergo ducatum, id est Sabaudiam et Pedemontium, a Francis occupatum reciperet [3].

Unde apparet jam, ut ita dicam, inchoatum esse fœdus

1. Granvelle, IV, 343.
2. *Id.*, IV, 339.
3. *Id.*, IV, 370.

quod, paulo post, diutino inter duas gentes bello, finem impositurum erat.

Quæ quum ita essent, Imperator noluit, ut anno superiore, eas condiciones, nisi re consulta et explorata, dimittere. Quare ex epistola Granvelli ad Simonem Renardum quæ primo die mensis Martii (1555) scripta est, apparet Carolum Quintum, dum bellum parare pergit, non recusavisse quin colloquium cum Francis fieret in urbe media quæ reginæ Anglorum pareret[1]. Quo nuntio quum lætaretur Franciæ Rex, eodem mense desinente Robertettum, virum a rationibus, ad Mariam misit, qui reginæ congratularetur quod pro pace tam feliciter se interposuisset [2]. Sic omnia ad pacem inclinare videbantur, ipsaque Hungariæ regina fratrem Imperatorem ea mente confirmabat, ut cardinalis Polus, ab abbate Sanctæ Salutis monitus Francorum reginæ scribebat; immo Henricus, quanquam urbe Casalio a marescalco Brissaco, tertio die Martii mensis, capta, ad paciscendum obstinatus videbatur. Jam Maria lætitiam præ se ferens viros designabat, qui in colloquio reginæ personam sustinerent et concordiæ arbitri forent [3], quum desinente mense Martio Pontifex Julius decessit. Quo mortuo omnes pacis fautores timor incessit ne res traherentur [4], ac mutato Pontifice et regis voluntas mutaretur. Mox autem, Marcellus Secundus, Pontifex electus, hunc timorem discutiendum curavit. Polo enim Cardinali legato pro pace ministerium prorogavit, præcepitque ne quid negligeret ad duos

1. Granvelle, IV, 407.
2. *Id.*, IV, 424.
3. Giovanni Michiel, p. 13 et 23.
4. *Id.*, p. 26.

reges conciliandos [1]. Quid quod Sena Julia a duce Florentino capta (20 aprilis 1555), Henrici ferocia contundebatur. Ergo quum nihil obstaret quin colloquium fieret, convenit ut legati plena cum auctoritate missi, vicesimo mensis Maii die coirent. Undecimo igitur mensis die, Pagetus et comes Arundelius, viri a regina Anglorum designati, Dubri navem conscenderunt, ut locum in finibus Galliæ et Belgii colloquio idoneum deligerent, et reginæ sumptu commoda hospitia pararent [2].

Octavo autem et decimo mensis die, Granvellus Atrebatensis episcopus ad Gravelinas deveniebat [3], eodemque die constabulus, cardinalis Lotharingiæ et Albaspineus Bononiæ aderant [4]. Tertio igitur et vicesimo die legati primum conveniebant in locum æque a Gravelinis et Ardræis distantem, juxta viculum qui Marcq appellatur.

Præter viros qui supra memorati sunt, pro Imperatore verba facere debebant dux Medinensium, comes Lalanius, domini de Bugnicourt et Viglius. Cardinalis autem Polus, cui assistebat cancellarius Gardinerus, pro Anglorum regina, sequestri partes agebat. Qui convenerunt omnes in lignea ædificia quæ regina exstruenda curaverat. Hinc Franci, illinc Hispani habitabant, in medio spatiosum et capax conclave legatorum colloquio comparatum erat [5].

Primo quidem congressu, quomodo colloquium fieri deceret actum est, et convenit ne Franci neve Hispani plus quam centum equos adducerent. Timebant enim ne, qua

1. Michiel, p. 36.
2. *Id.*, p. 40.
3. Granvelle, IV, 425.
4. Michiel, p. 44.
5. *Id.*, p. 49.

rixa inter legatos exorta, atrox pugna inter duas partes fieret, quam dirimere nequirent. Quod quidem ægre ferebant permulti viri nobiles qui Momorantium honoris causa prosecuti erant; et sortes ducere oportuit eorum qui colloquio adesse possent. Quo facto quadringenti circiter viri, Ardræas se recipere coacti fuerunt [1]. Secundo, indutias fieri visum est in regionibus colloquii loco circumjacentibus. Denique placuit ut Angli quæ utraque pars proponeret audirent et alteri referrent [2].

Colloquium quarto et vicesimo Maii mensis die habitum est. Ibi de captivis actum est qui in Caroli potestate erant, quos autem Franci aut mutari aut redimi volebant [3]. Utrinque legati linguæ temperabant perinde ac si sincera fide loqui non potuissent aut noluissent : Franci enim multa reposcere, Imperatoris autem legati nonnisi quæstuosa accipere jussi fuerant [4]. Quo fiebat ut legatos de conditionibus convenire difficillimum esset.

Quod clarius tertio colloquio , id est primo Junii mensis die apparuit. Franci enim neque tres Lotharingiæ civitates neque Sabaudiam [5], neque Burgundiam, neque Pedemontium, Imperator autem neque Mediolanensem agrum neque Navarram restitui volebat [6]. Frustra quidem Anglorum legati omni ope atque opera ut ad mitiora utrosque inclinarent enisi sunt; et quum se operam perdere intelligerent, ut res ad commune Concilium referretur proposuerunt. Quod legati neque accipere neque rejicere voluerunt, sed se a suis regibus consilia petituros

1. Michiel, p. 49.
2. *Id.*, p. 46.
3. *Id.*, p. 52.
4. *Id.*, p. 46.
5. *Id.*, p. 55.
6. Granvelle, IV, 442.

responderunt [1]. Tum ad septimum Junii mensis diem insequens colloquium dilatum fuit, quum omnibus satis persuasum esset, nihil in hoc effici posse. Audivit enim qui Venetorum orator in Anglia erat, Philippum regem dicentem post illud colloquium nullam jam pacem sperandam esse [2]. Immo, septimo Junii mensis die, postquam legati quinque horas conditiones disputaverant, quum de nulla re consentire potuissent, iratis animis discesserunt, neque alium diem novo colloquio statuendum curaverunt, quia se inutiliter pro pace interventuros intelligebant [3].

Uter in hac re culpandus videtur, Henricusne an Carolus? Uter pacem prætendens, paci re ipsa obstitit? Granvellus quidem Francos accusare non dubitat [4], et regina Anglorum se eam sententiam sequi probavit dum Henrici legatum gravissimis verbis increpat [5]. Atque, ut verum fateamur, si Henricus pacem voluerit, bellum parare non destitit, quemadmodum ex epistola Simonis Renardi, vicesimo septimo Junii mensis die scripta, apparet. In qua Regem videmus mercenariorum Helvetiorum et Germanorum delectus fieri jubentem, commeatus Massiliæ et Telone Martio ad classem Turcarum quæ exspectabatur parari, auxilia in Pedemontium mittentem, magnam pecuniam cogentem, denique curantem ut indutiæ inter Solimanum et Ferdinandum regem Romanorum pactæ dirumperentur [6].

1. Michiel, p. 59.
2. *Id.*, p. 54.
3. *Id.*, p. 60.
4. Granvelle, IV, 439.
5. *Id.*, IV, p. 442.
6. *Id.*, IV, 433.

Contra hæc, legatus Venetorum, Michielus nomine, qui, favore seposito loqui videtur, culpam omnem ad Imperatorem rejicit, quippe qui præsertim a Francis exegerit ut omnia restituerent quæcumque ex ipsius sociis bello eripuissent [1]. Quid quod ex altera ejusdem epistola, quam ab Anglorum legatis multa percontatus scribit, nonnulla cura dignissima sunt excerpenda. In hoc imprimis hæsisse negotium videtur quod utrinque regis fœderatis, hinc duci Sabaudiæ, duci Mantuæ, Genuensibus, illinc duci Parmensi, regi Navarræ, Senæ Juliæ civibus, diversissima studia erant. Putabant quidem Angli futurum fuisse ut Henricus et Carolus de litigiosis finibus convenire possent, scilicet de tribus Episcopatibus et de agro Mediolanensi. Quomodo autem simul satisfieri potuisset hinc duci Sabaudiæ qui Pedemontium et Sabaudiam, repetebat, duci Mantuæ qui ut sibi Casalium et Monsferratus restituerentur exigebat, Genuensibus qui Corsicæ partem a Francis occupatam vindicabant; illinc Senæ Juliæ civibus qui libertatem suæ civitatis reposcebant ab Imperatoris militibus expugnatæ, Antonio Borbonio et Octavio Farnesio quorum alter Navarram, alter urbem Placentiam ab hostibus captam expostulabat [2]!

1. Michiel, p. 62.

2. *Id.*, p. 64, 65. « ..... Tutta la difficoltà è stata in trovar modo di componer le cose delli interessati et offesi.... perche quanto alli altri gravami et pretensioni che hanno l'un con l'altro l'Imperatore et il Re per quello che appartiene a loro, non era difficil cosa che si accommodassero..... come si venne alla restitutione et reintegratione del Duca di Savoglia et delli altri spogliati, i Francesi dissero che l'Imperator restituisse ancora lui quello che occupava delli amici et confederati loro, opponendo alle cose di Piemonte il Regno di Navarra, a quelle di Corsica, quella di Siena, et a quelle del duca di Mantova, quelle del duca Ottavio Farnese, oltra che quanto al duca di Savoglia, mostrorono molti diritti, et allegorono molte ragioni per causa di Madama Aluisa di Savoglia madre del re Francesco, con le quale dicevano di essere in legitima possessione di quelli Stati..... »

Alia est etiam causa cur frustra colloquium habitum sit, quam quidem posterius indicabimus. Quidquid id est, Anglorum regina graviter tulit quod legati infecta re discessissent, Simoque Renardus adjicit id illi privatam injuriam visum esse quod se pacis sequestram proposuisset [1]. Attamen, interrupto colloquio, non interrupta ea de quibus agebatur [2]; et Franciæ legatus Noailles, cardinalis Polus, dux Medinensium, Simoque Renardus id sæpius epistolis, sermonibusque agitaverunt [3]. Sic videtur Henricus rem in medio ex industria reliquisse, ut sibi, quum libuisset, rursus in colloquium veniendi facultas esset. Itaque Londinum legati Noailles fratrem misit qui reginæ gratias ageret quod pacis faciendæ causa tam diligenter se interposuisset, et rem male gestam ad Imperatorem rejiceret, qui a Francis regiones bello captas sibi restitui, ipse vero neque Navarram neque Mediolanensem agrum restituere vellet. Ad hæc subjiciebat Rex se reginæ magnam gratiam habiturum si rursus componendos animos curaret [4]. Regis autem verba et facta longe dissimilia erant. Quum enim Imperator ut Placentia Octavio Farnesio restitueretur proposuisset, si Corsica Genuensibus redderetur, Henricus præcise negavit [5]. Ita alterum legatum plena cum auctoritate in Angliam mitti noluit, unum legatum satis esse contendens. Quare omnibus manifestum erat aliquid subesse quo Franci ad rem in longius trahendam impellerentur [6]. Quænam

1. Granvelle, IV, 442.
2. *Id.*, IV, 449. — Michiel, p. 62.
3. Michiel, p. 88.
4. Granvelle, IV. 442 et Michiel, p. 76.
5. Michiel, p. 99.
6. *Id.*, p. 102 et 103.

autem esset illius moræ causa, ii qui circa Imperatorem erant anxio animo exquirebant, eoque magis Henricus metuendus videbatur, quo minus pacem optandam aut necessariam existimabat.

III

INDUTIÆ APUD VALCELLAS PACTÆ

Pauli Quarti assumptio ad pontificatum. — Classis Turcicæ ad Tyrrhenum mare appulsus. — Irritæ Imperatoris et Philippi spes de Mariæ Anglicæ partu. — Pauli Quarti animus adversus Hispanos infestus. — Indictorum apud Augustam Vindelicorum comitiorum recessus. — Iteratum primo vere bellum in Belgio, et in provincia Subalpina. — Turcarum navalis expeditio : tentatum Plombinum, Calvium. — Colloquium inter Imperatoris et Regis oratores apud Valcellas. — Rex, consilii anceps, bellum Romæ, pacem vero Valcellis tractat. — Pactæ indutiæ, magno Regis commodo. — Cur Rex in indutias venerit, fœderis immemor quod antea cum Paulo Quarto pepigerat. — Quibus de causis Imperator tantum inimico suo commodi concesserit.

Quum in Angliam rediisset, legatus Polus ab oratore Venetorum interrogatus quam ob causam interrupta fuissent colloquia, declaravit Francos, qui primum moderatos se præbuerant, nimia demum expostulasse. Opinabatur autem illos ita acerbe superbire, sive quia vellent ostendere res suas optimo in loco versari, sive potius quia eorum animi duobus allatis nuntiis essent mutati; Francos addebat intractabiles fuisse, ubi cognovissent et Papam electum esse Paulum Quartum (quod Franciæ faustum habebatur), et turcicam classem ex insperato missam fuisse. Operæ pretium erit hoc legati responsum

interpretatione quadam enucleare ut possimus quantum valeat recte attendere [1].

Quum ad colloquia (18 Maii 1555) apud vicum in agro Caletensi, cui Marcq nomen est, oratores a rege Franciæ, ab Imperatore et ab Angliæ regina missi venerunt, jam Romæ Conclave sedebat, quod eligeret aliquem in locum Marcelli Secundi, qui, proximus post Julium Tertium, pontificium solium per duo et viginti modo dies obtinuerat. Cardinalis Johannes Petrus Carafa electus est (23 Maii) cui Paulus Quartus nomen fuit. Quo papa non tam propter peculiarem virtutem quam cardinalium seu Francorum seu Francis faventium gratia electo, Hispanis res male cessit quibus multa timenda fuerunt. Etenim apud omnes rerum scriptores constat Paulum Quartum erga Imperatorem alieno animo fuisse, in quem privatis simultatibus flagrabat, et eumdem Hispanis infestum, quos Italiæ oppressores habebat. Julius autem Tertius segnem et inertem se præstiterat qui et maximo illi bello, quod Franciæ rex adversus Imperatorem sustinebat, se immiscere, sive ad servandam Italiæ libertatem, sive ad pristinum decus Vaticano restituendum parum cupiebat. Contra Paulus Quartus et strenuus et acer et potentiæ sibi ac Sanctæ Sedi appetens erat. Nihil igitur est quod miremur, hoc audito nuntio, Francos lætissimos fuisse, Cæsarianos autem maxime turbatos. Nam, si jam tertium annum

1. « Quanto da principio si mostrarono più desiderosi e più trattabili e sommessi li Francesi delli altri, tanto da poi in esso colloquio (contra quello che da altri si era inteso), sono riusciti più duri et intrattabili, o perche havendo sin allora dissimulato, fussero venuti con questo fine per metter in maggior riputatione le cose loro, o perche con li novi accidenti della creatione del papa, riputata a tanto lor vantaggio, come causata da essi, e della presta uscita dell'armata Turchesca, come è più presto da creder, havessero mutato parere et fatto nova risolutione. » (Giovanni Michiel, p. 64)

Henricus Secundus contra Imperatorem decertare non sine gloria fructuque potuerat, quid, auxiliante Summo Pontifice, nunc efficere non valeret? Hoc autem cognito Pauli Quarti in Cæsarianos odio, Francorum regi sperare licebat Papam sibi socium fore. Attamen, quum Francia, etsi adjuvante Pontifice in magnas de futuro spes inducebatur, nunc bello defatigata ac quasi bonis eversa esset, Rex cavit ne extrema experiretur atque a Cæsarianis omnino alienaretur. Quapropter qui in colloquiis, apud vicum in agro Caletensi cui Marcq nomen, maximos spiritus sumpserat, ille, dirempto congressu, tam contrarie se habuit ut omni ope curaret etiam de pace agi, atque iterum Angliæ reginam sollicitaret ut paci faveret. Ita dilationem quærebat, quo certior fieret de novi Papæ animis, cum quo, si res postularet, in Carolum Quintum (sicut jam anno 1549 cum Paulo Tertio conspirare voluerat) societatem iniret; nec tamen sibi, si, circumspectis rebus, rationibusque subductis, bello pax melior videretur, libertatem præcideret renovandi de pace colloquii quod nunc erat interruptum.

Præter Pauli Quarti assumptionem, cardinalis Polus addebat ob eam causam frustra fuisse colloquia, quod tum in eo esset ut rursus mari Turcæ Francos adjuvarent. Hoc autem edisseramus necesse est. Classis illa, quam, anno 1554, Turcarum Imperator Franciæ Regi commodaverat, huic ne minimæ quidem fuerat utilitati. Etenim Dragutes, navium Turcicarum præfectus, nulla re facta abiit [1], quippe qui aut a Cæsarianis pecunia accepisset, aut offensus esset quod Francicæ naves, quarum opera ei promissa erat, non adfuissent. Tum Henricus

1. Charrière, II, 321.

Secundus Turcarum Imperatori alium oratorem, Codignacum, misit, cui munus haud parvi momenti injunxit. Hic enim paci inter Turcarum imperatorem ac Persarum regem, qui tum alter cum altero bellum gerebant, conciliandæ incumbere jussus erat. Nempe Henrici Secundi permultum intererat ut socius non in bello remotissimo vires consumeret, sed, quum ejus adjumento, ex quo tantos fructus ceperat ab iterato bello (anno 1552), haud facile caruisset, sibi contra Carolum Quintum non minus quam annis superioribus auxiliaretur. Francus quidem orator quum studiose et callide, tum feliciter legationem confecit. Solimanum, bellum Persis inferentem, in Asiam secutus, omni ope enisus est ut inter Turcas et Persas pax restitueretur [1]; quo effecto, Imperatorem Turcarum ad id adduxit ut classem rursus in æstatem anni 1555 Henrico Secundo præberet. Hæc omnia Imperatorem ab oratoribus iis allata sunt, quos frater ejus, rex Romanorum, eodem tempore ad Solimanum miserat, ne, datis quotannis 150 000 aureis, Turcarum imperator Stephanum, Johannis Zapolyæ filium, Transylvanorum regem salutaret [2]. Quum autem Rex Francorum ejusque ministri sibi mari, ut superioribus annis, Turcas adjutores fore exploratum haberent, et iidem Paulum Quartum Caroli Quinti hostem palam futurum sperarent, non poterant non de pacis cum Imperatore jungendæ opportunitate dubitare. Quo intelligitur cur Francorum animi in colloquiis apud vicum in agro Caletensi qui Marcq gallice nominatur, ita mutati fuerint. Cardinalis quidem Polus, qui his rebus adfuerat,

1. Charrière, II, 285.
2. Ribier, II, 563-577.

sagacem se præstabat quum Francos, primum ad pacis conditiones promptissimos, asperrimos factos esse profiteretur, quia Paulus Quartus electus fuisset ac Turcica classis succederet.

Eodem fere tempore (Augusto 1555), aliquid Carolo Quinto accidit, quod, ut mihi videtur, non satis fuit annotatum, quod tamen in lucem trahere operæ pretium est. Supra dixi erga Philippum (quanquam ille prudentia ac simulata moderatione, suadentibus patre et Simone Renardo, usus erat) suspicioso et, vel occulte vel aperte, infenso animo Anglos fuisse. Regis nomen, non potentiam habebat; non vero ut res ita se haberent aut pater ejus aut ipse optaverat, quippe qui cuperent aliquid pro Imperio illo germanico, quod quamvis permultum conati essent, non adepti erant, obtinere.

Attamen, quamvis Philippus ut reginæ modo maritus, ita non Angliæ dominus esset, omnia, si regni heres nasceretur, permutari poterant. Hinc enim fiebat ut ille non jam a populo suo externus haberetur; quin immo, si moreretur regina, regis partes tuiturus, dum filius pupillus esset, atque hunc educaturus erat Philippus [1]. Aliis etiam de causis ardenter cupiebant Imperator et ejus filius Mariam parere. Nempe, si hæc sine prole moreretur, imperium consecutura erat vel Elisabetha, quæ in protestantium partibus erat, vel Scota Maria [2] Stuartina quæ Aureliani duci desponsa fuerat. Utcumque res

1. Prescott, trad. Renson, I, 138. — Watson, édit. d'Amsterdam 1778, I, 20.

2. Granvelle, IV, 395. Litteræ Simonis Renardi ad Philippum, Angliæ regem : « Convient peser que le royaulme est en incertitude de l'héritage de la couronne; car présupposant que la reine ne laisse postérité, mourant ladicte dame, il y aura contention; et néanmoins il est certain que les héréticques suyvront et défendront le parti de Madame Élisabetz; et si l'on la exclud, l'action est dévolue à la royne d'Écosse

erat cessura, futurum erat ut pessum irent spes Imperatoris qui connubium illud adeo cupierat, tantum ut Hispanos fulciret adversus Franciam Anglorum auxilio, atque ut in Anglia, quod in Imperio germanico efficere non poterat, catholicam religionem instauraret. Ex quo intelligere licet quantopere Imperatorem commovere debuerint litteræ, a Simone Renardo scriptæ, quibus certior Carolus factus erat reginam, ut quidem rumor ferebat, esse prægnantem. « Et si le bruict qui continue est véritable, que la royne soit enseincte, et dont il y a grande apparence, toutes querelles et controverses de ce royaulme sont appaisez, et l'on est hors de la difficulté de la succession de la couronne [1]. » Medio fere Novembri, Parlamento denuntiatum est reginam gravidam esse [2]. Fama mox (31 aprilis) in urbe Londino percrebuit illam virilem sexum peperisse; propter quod lætitiam omnes significarunt. Venetorum orator Johannes Michielus scripsit pompas in ecclesiis ductas esse, cloccas sonuisse ac gaudii causa ignes factos esse [3]. Quum vero audiverunt hunc rumorem confictum esse, omnes in luctu communi jacuerunt. Vicesimo septimo die Junii, Simo Renardus Imperatori mandabat, quasi anxius, a regina, quam, ut ipsa, omnes gravidam esse credebant, nullum adhuc partum editum esse [4]. Eodem tempore, profitebatur Michielus jam neminem, nec medicos, nec palatinas mulieres intelligere quo in loco esset infelix

par droit. Si ladicte Élisabetz succède, il est certain que le royaulme retourne à l'hérésie et dévotion française, si par expédiens convenables l'on n'y pourvoie. »

1. Granvelle, IV, 319.
2. Prescott, I, 138.
3. Michiel, p. 36.
4. Granvelle, IV, 433.

regina [1]. Tandem incipiente Augusto, omnes, ipsaque regina, spem deposuerant Mariam fore matrem [2]; cognoverant eam non, ut creditum erat, gravidam sed hydropicam esse : quo morbo tertium post annum illa periit. Statim Philippus, qui invitus in Anglia constiterat, tantum ut uxoris partui adforet, a patre Bruxellas vocatus, etsi lacrimis eum retinere regina conabatur, in continentem transiit. Jam actum erat de iis quæ speraverant Imperator ac Philippus; quippe qui credidissent ita fore ut connubio illo Angliam sibi pararent, ac, quamvis Germaniam perdidissent, Europam suæ ditionis facerent.

Itaque, quum Philippus, ineunte Septembri anni 1555, Bruxellas pervenit, Caroli Quinti res in pejus deflecti cœperant. Nam Paulus Quartus, cui stimulos addebant et peculiare in Imperatorem odium et nepotum exhortationes, omnem suæ ipsorum potentiæ spem in Henrici Secundi patrocinio ponentium, ne dissimulabat quidem se Hispanis infestissimum esse; quin, eos, qui Romæ Imperatoris partes sequebantur, Sforzam, Colonnam, aut bonis spoliabat aut in carcerem conjiciebat; Neapolitanos contra, Insubres, Etruscosque exsules benigne excipiebat : ita ut idem periculum, quod regnante Clemente Septimo Imperatori institerat, nunc etiam ei immineret. His vero Pontificis ejusque nepotum animis, simultatibus ac præsertim imperii cupidine quibus flagrabat Carolus Carafa, a patruo in Sacrum Collegium admissus, callidissime utebantur Romæ Franci legati, ad conciliandam Franciæ et Sanctæ Sedis societatem [3].

1. Michiel, p. 69.
2. *Id.*, p. 93.
3. Ribier, II, 615.

Paulo Quarto in animo erat efficere ut in hujus fœderis partem venirent Veneti, quippe quibus, spoliato Imperatore, Sicilia daretur [1]. Hæc quidem non occultissime Romæ agebantur. His vero auditis, Carolo Quinto nihil dubium esse poterat quin in magno periculo versaretur Hispanorum in Italia dominatio. Etsi autem jamjam ab hominum societate in secessum abiturus erat, etsi summo tædio, ut irritis ingentibus consiliis fit, fatigabatur, etsi denique animo magis quam corpore ægrotabat, et, gratissimis erroribus ademptis, tristis et quietis cupidissimus erat, Carolus Quintus non securus poterat, quum vivus adhuc sponte sua Imperium deponeret, permagnum bellum filio gerendum tradere.

Quasi autem non opprimi potuisset Imperator, nisi omni spe destitueretur et mœrore undique profligaretur, eo tempore, quo spes de Anglia captas deponere cogebatur, et inter omnes constabat Paulum Quartum hostiles animos adversus eum gerere, Germani, comitiis apud Augustam Vindelicorum indictis, funditus Caroli Imperium evertebant. Ferdinandus, rex Romanorum, a fratre missus qui Imperatoris personam in comitiis sustineret, erga protestantes se mitissimum præbuit : quod Imperatoris mirationem iramque movit. Nec comitia, ut a Carolo Quinto jubebatur [2], in annum 1556 distulit, nec callidis tergiversationibus sectariorum expostulationes elusit ; sed, quum prope esse videretur ut Turcæ in Transylvaniam, Stephano Zapolyæ a Solimano promissam [3], bel-

1. Cf. Ribier II, 615.
2. Charrière, II, 356.
3. Ribier, II, 563 et 565. « Cum eam regionem nostro acutissimo gladio acquisissemus, et servitoribus nostris concessissemus in æternum essetque in manibus ipsorum ut inde viverent, sine nostro imperiali

lum inferrent, quoquo modo statuit diutino illi de religione certamini finem imponere : quippe quod ita Germaniam in duas partes diduceret ut Ferdinandus omni mente omnibusque viribus regno defendendo incumbere nequiret. Quare, auctoritate a fratre accepta [1] usus (etsi eam illi potius ad impugnandos sectarios quam ad pactionem cum illis faciendam dederat), rex Romanorum ad ultimum, ne exspectato quidem Imperatoris consensu [2], illi Recessui annuit (25 Septembris 1555), quo religio a Lutherio edita probaretur. Ita Carolus Quintus qui, anno 1548, crediderat se posse arbitrio suo in Germania quod ad religionem attinebat expedire, nunc in eam contumeliam veniebat ut ne particeps quidem esset legis, qua (anno 1555) res summa constituebatur. Imperator qui, ante annos senex factus, morborum curarumque oneri vix sustinendo impar erat, privatis quoque doloribus affligebatur. Nempe dilectissimæ sibi [3] matris, Johannæ, mortem (Aprili mense) ægerrime tulerat. Frater autem causam ejus nuper prodiderat, et nunc Bruxellas venire nolebat, qua in urbe Imperator, priusquam se in recessum abderet, fratrem sibi percarum [4] videre ultimum cu-

mandato de illa permutationem facere voluntas nostra imperatoria, non permittit. » (Epistola Solimani ad Ferdinandum.)

1. *Correspondenz des Kaisers Karl V;* III, 624.

2. « Je supplie Votre Majesté ne prendre de mauvaise part que je suis passé à la conclusion sans attendre la résolucion et bon plaisir d'icelle..... je suis esté contrainct procéder à la fin et.... accepter les moiens contenus au recez, veu le dangier où me trouvois tant avec les Estatz de l'Empire, les entretenir sans occasion plus longuement, comme aussi à cause du Turc.... » (Cf. *Loc. cit.*, p. 681.)

3. Cui opinioni a Mignet et omnibus historicis Caroli Quinti acceptæ repugnat Forneron. Hic enim contendit reginam Johannam a filio sibi infestissimo et potentiæ cupidissimo cruciatam esse. Etsi multa documenta sibi ille scriptor arripiat, difficile quidem videtur assentire omnibus illis quæ de matre in carcerem conjecta atque extorta narrat. (Cf. *Hist. de Philippe II*, I, 401.)

4. Mignet, *Abdication de Charles-Quint*, cap. II, p. 117.

piebat. Denique filius ejus ipse Philippus, potentiæ cupidior quam ut moram æquo animo ferret, ab Imperatore, qui jam se regnorum parte ei data exuerat, et mox reliquum transmissurus erat, flagitabat ut sibi Sena Julia concederetur. Carolus Quintus filium explere non potuit, nisi socio graviter offenso, Etruriæ duce, cui urbem captam pro accepto auxilio promiserat [1].

Attamen bellum inter Franciæ Regem et Imperatorem, quod hieme ad Belgium cessaverat, vere novo, ut solet, iteratum est. Aliquot parvis præliis commissis, marescalcus Santandreas, urbem Givacum aggressus, loco cedere coactus est, non sine magna Francorum strage [2]. Cæsariani vero hac victoria uti non potuerunt, quod gravi pestilentia [3] conflictati, et, deficiente pecunia, prohibiti fuerunt ne in mortuorum locum, ut Franci, alios milites conducerent. Adeo enim ab argento laborabant ut multis eorum qui circa Imperatorem erant, visum provinciæ Comitia indicere, sperantibus scilicet fore ut inde ad bellum pecuniæ conferrentur [4]. In Italia autem Albanus dux jussus erat Subalpinam provinciam, quam adhuc obtinebant Franci, invadere. At marescalcus Brissacus, aucto exercitu, occupatam provinciam non minus callide ac feliciter quam antea defendit. Albano duce, etsi de more suo arroganter jactaverat ita fore ut a se Franci ex Subalpina provincia detruderentur, repulso, Brissacus ultro hostes lacessivit et obsidionem oppido Volpiano intulit, quod, ut ante Ivream Casaliumque (decembri 1554 et martio 1555), altero vicesimo die Sep-

1. Granvelle, IV, 435.
2. *Id.*, *ib.*, 461.
3. *Id.*, *ib.*, 465, 468.
4. *Id.*, *ib.*, 467.

tembris expugnavit. Postremo illa Turcica classis, quam ut ad bellum mitteretur Henrici orator Codignacus, a Solimano impetraverat, quamque mox profecturam Regi, epistola vicesimo Maii 1555 scripta [1], nuntiabat ille, jam Italiæ littus attigerat. Huic autem non præerat Dragutes, quippe qui anno superiore tam propere bello cessisset ut unius cujusque, in suspicionem venisset, et a Francorum Rege palam proditionis argueretur.

Henricus enim Secundus per oratorem suum apud Turcarum imperatorem de Dragute vehementissime questus erat. Solimanus igitur, Codignaci precibus victus, alium classi præfecerat : cujus in navem ipse Codignacus conscendit, uti belli rationem administraret. Ceterum hic magnopere a rege petierat ut omnia provideret « de telle sorte que l'armée de Sa Hautesse ne perde temps en attendant que la vostre soit preste [2] ». Eadem epistola orator Regem hortatus est ut curaret « le mauvais ordre que l'on a donné à tenir vos galères prestes et en tel équipage que les siennes, à l'exécution des entreprises que vous lui avez fait proposer par le passé [3] ». Denique Solimanum cupere dicebat certiorem fieri qua ratione terra marique socius hostes invasurus esset « afin qu'il puisse mieux espérer de la ruine du commun ennemi ». Attamen non pro tantis molimentis hoc navale bellum, anno 1555 gestum, successit. Classis Turcica, quæ septuaginta quinque navium erat, Constantinopoli abiit octavo decimo die Maii [4], viris, cibariis apparatibusque instructissima [5].

1. Ribier, II, 555.
2. Cf. *Loc. cit.*
3. Cf. *Loc. cit.*
4. Charrière, II, 347. Epistola Henrici ad Solimanum (8 julii 1555).
5. « .... Je vous puis bien assurer qu'elles porteront autant ou plus

Hæc Francicam classem, cui præerat Paulinius Garda, conventura erat; sed, diu se invicem quærere coactæ, duæ illæ classes, multo tempore perdito, demum conjunctæ fuerunt [1]. Quum ad Ilvam insulam evecti fuerunt, Turcæ Portu-Herculis ab hostibus occupato, Plombinum aggredi statuere (12 die Quintilis 1555). Cum Francis tandem sociati, in insulam Corsicam descenderunt, sed expugnando Calvio incubuere, quod impetum, multis nostrorum ac Turcarum interfectis, semel et sæpius arcuit. Hac obsidione relicta, Turcæ, etsi in Francos vehementer offensi jam se domum redituros profiterentur, tamen Bastiam tentare non recusarunt. Sed turbidam tempestatem in hoc littore iniquo nactæ, ambæ classes disjectæ fuerunt : quin, aliquot naves ab Henrico Secundo ex Provincia missæ, quæ et cibaria et res ad bellum necessarias pugnantibus ferrent, Corsicam tenere non potuerunt. Turcæ igitur questi sunt se sociis sulfuratum carbonem dare cogi, nedum ab illis ipsi commeatus, ut convenerat, acciperent. Non ad Corsicam Italiamque, ut Henricus Secundus a Solimano epistola octavo die Quintilis scripta expetierat, hiemarunt; sed, indignantibus rege Francorum ejusque ministris, abiere ad extremum Augustum mensem, Constantinopolin redituri [2]. Ita magnorum operum spes, quam Francia ex auxiliantibus Turcis ceperat, tollebatur. Hoc anno, ut superiore, nihil bellum profecit : hinc et illinc varia fuit belli fortuna, et æquo marte pugnatum est.

de gens de guerre qu'ont faict autrefois cent des meilleures qu'ils ayent jamais armé.... tellement que un chacun dict qu'il ne sortit jamais un nombre de gallères si bien armées et équippées de toutes choses nécessaires pour la guerre que sont celles-cy.... » (Charrière, II. 346. Epistola Codignaci ad Regem, 20 maii 1555.)

1. Ribier, II, 592. Epistola Regis ad Solimanum (22 octobri 1555).
2. Ribier, II, 590. Epist. Codignaci ad Regem (23 augusti 1555).

Incipiente autumno anni 1555, Imperatoris et Francorum Regis eodem statu res erant, quo incipientibus colloquiis apud Marcq fuerant : hoc tamen interposito discrimine, quod Germaniam et Angliam Carolo Quinto amissas esse certum erat et Imperatoris opes eo ipso tempore deficiebant quo Franciæ vires contra crescebant. Etenim jam in eo erat ut Henricus Secundus, quem penes erat etiam Turcarum auxilium, sine dubio mox Papæ ipsius adjumento uteretur. Magis ac magis necesse esse apparebat fœdus jungeret Carolus, ut filii commodis inserviret, cui jam Belgium (25 die Octobris) dederat. Henricus autem Secundus eam rationem assumpsisse videtur, ut opus sibi quoque pace esse, ad reficiendas defatigati populi sui vires, dissimularet. Callidissime consiliis parebat oratoris, quem Londinum miserat, Antonii de Noailles. Ille enim hæc constabulo scribebat (11 die Septembris) : « En ce qui me sera proposé du négoce de la paix, mon opinion est de ne la jamais mendier envers ceulx-ci [1]. » Cavit profecto Henricus Secundus ne colloquia Londini de captivis utriusque partis vel commutandis vel redimendis incepta interrumperet. Attamen, ut Papam, qui jam Imperatori infensus erat, incitaret, oratoribus, qui Romæ erant, suis mandabat ut auxilio milites ac nummos Paulo Quarto offerrent [2]. Idem cardinali Carolo Carafæ, Pontificis nepoti, annuam pecuniam promisit. Quin immo, extremo Septembri mense, legatum a Paulo quarto missum accepit, qui de societate inter Regem, Papam, ducem Ferraræ, Herculem Estensem (qui filiam Ludovici XII duxerat) et Venetorum civitatem conjun-

1. *Ambassades de Noailles*, V, 229.
2. *Archivio Storico Italiano*, t. XII, p. 23.

genda conditiones afferebat. Denique, quum Solimanus, etsi duæ recentes navales expeditiones irritæ fuissent, Francis magnæ utilitati esset (quippe qui Imperatori ac Ferdinando aut aggrediendi classibus vel Siciliam, vel Neapolitanum regnum, vel Corsicam, vel Etruriæ oras, vel Genuam, aut invadendi cum militibus vel Transylvaniam, vel Austriam metum injiceret), Henricus Secundus diligenter curavit ne illum socium adeo utilem ac facilem negligenter haberet. Quarto igitur Novembris die, litteras ei misit quibus Turcarum imperatoris jactantiæ obsequebatur [1]. Ab Solimano petebat in proximum annum Turcicæ classis auxilium « laquelle pour ne laisser rien d'imparfaict doit avoir commandement de Votre Hautesse d'hyverner ès mers de deçà, d'autant que ce n'est rien de conquérir, qui ne conserve [2]. » Unde apparet Regem Francorum sibi eam facultatem præparavisse ut posset arbitrio suo sive pacem cum Imperatore componere, sive bellum Papæ et Turcarum auxilio producere. Attamen propterea quod se ad pacem parum propensum præstabat, atque pacem sibi nec necessariam nec cupiendam esse simulabat, maximas æmuli sollicitudines exacuebat et ejus animum inclinabat in eas conditiones pacis accipiendas, quibus, sex ante menses, non profecto annuisset.

Res enim ita seh abuere. Interruptis apud vicum in Caletensi agro cui Marcq nomen est colloquiis, ad congressum in Angliam rursus, ut supra dixi, Francorum Regis ministri et Imperatoris delegati venerant, concitante cardinali Reginaldo Polo qui, Mariæ reginæ nomine, quasi

1. Ribier, II, 592.
2. Cf. *Id.*, *ibid.*

sequester de pace egerat. Ineunte Decembri, constitutum est ut nova colloquia sererentur juxta Cameracum in cænobio cui Valcellæ nomen est. Congressi sunt pro rege Henrico Secundo Gaspar Colinius, maris præfectus, et Sebastianus Albaspineus, libellorum supplicum magister; pro Carolo Quinto et ejus filio Philippo, Anglorum rege, Simo Renardus, Carolus Lalanius comes, Carolus Tisnacus, Philippus Bruxellensis, Ioannes Baptista Schiccius, jurisconsultus cremonensis. Etsi vero quisque se perstudiose pacem optare profitebatur, nemo tamen primus ad pactionem venire volebat. Itaque de mutandis vel redimendis captivis modo actum fuit. Hic aliquid controversiæ intervenit de redemptionis pretio : neutri enim idem pro redimenda captivorum libertate placebat pretium. Adde quod Cæsarianis non erat visum Franciscum Momorantium et Bullionum principem pretio dimittere : quod quidem Regis delegati ægre ferebant, utpote qui mandatum expressum ab Anna Momorantio, comite stabulorum accepissent vindicandi filii in libertatem [1].

Attamen credendum est Francos delegatos ostendisse semetipsos compositioni non omnino diffidere. Etenim jam duodevigesimo die decembris, Simo Renardus et comes Lalanius ab Imperatore singularia mandata poposcerunt «.... Sur les propos généraulx de paix..... quels moiens nous pourons tenir en cas qu'ilz se reprennent, si l'on procurera renouvellement de la commission dernière et négotiation commencée à Marque, qui n'a esté

1. « Nous avons distraict les seigneurs de Montmorency et mareschal de La Marche d'avec les aultres, suyvant nostre instruction, encoires que le dict amiral ait tâché de commencer par ce boult.... » (Granvelle, IV, 516. Epist. Lalanii comitis et Simonis Renardi ad regem Philippum, 18 decembris 1555.)

du tout rompue et consequentment ce qu'il luy semblera convenir à son service, afin que, en négoce de telle importance, puissions satifaire à l'intention de Votre Majesté et au publicque [1]. » Simul Cæsariani delegati suum dominum monebant de Francorum Rege qui « a de nouveau pour la quatrième ou troisième fois demandé à ses villes closes ung emprunt de quatre cens mil francs ; que le peuple est fort travaillé d'emprunts et de tailles ; néantmoins pour l'affection qui porte au roy de France et que luy semble qui prospère, il s'accomode à la nécessité et contributions [2]. »

Sextum post diem, vicesimo quarto die Decembris, Simo Renardus Bruxellis erat, unde præsens Imperatori ac Philippo ipse renuntiaret quo processissent conditionum interpretes. Ita tamen ab illis acceptus fuit ut haudquaquam contentus esse posset. Philippus enim delegatos vituperavit quod concessissent ut captivi utriusque partis libertatem redimerent, si pecuniam, quisque pro quæstu suo, darent ; quam conditionem Cæsarianis iniquam esse affirmabat. De pace autem concilianda, professus est necessariam esse Angliæ reginæ intercessionem negavitque se legatis expressa præscripta prius daturum quam Angli oratores negotiis interfuissent. Mandavit Simoni Renardo ut tempus lucraretur, re de captivis trahenda. Non autem quantum offenderetur celavit ille orator, dixitque in eo esse ut colloquia rumperentur : « Que nostre négociation soit esté bien ou mal prinse, je ne le puis dire par lettres...... Quant au faict de la paix, je vous ay prédict ce que j'ay trouvé ;

1. Granvelle, IV, 517.
2. Cf. *Id.*, 518.

car l'on a conclu que l'on renouvellera le recès de la journée de Marques avec les médiateurs, sans ce que l'on nous veuille donner pouvoir de passer oultre en l'affaire fondans qu'il n'est raisonnable que la royne d'Angleterre en soit excluse...... et entend l'on que nous doigeons entretenir le temps et la practique soubs umbre des prisonniers. Les practiques que l'on a tenues pour parvenir à ce sont telles que les trouverez préjudiciables au publicque, comme je l'ai dict publicquement, jusques à dire que je me doubtois de roupture [1].... »

Dum, in cœnobio cui Valcellæ nomen est, de captivis operose agebatur, Henricus Secundus incepto de societate cum Paulo quarto jungenda non decedebat. Tertio decimo die Octobris scriptum fœdus, quod elaboraverant cardinalis Carolus Carafa et orator Regis, dominus de Avansone, Papa accepit et obsignavit [2]. Hoc grave documentum in Franciam missum fuit ut Regi præberetur.

Henrici Secundi res tum in ancipiti loco fuerunt. Nempe ut ejus oratores Romæ de belli societate cum Papa adversus Cæsarianos jungenda agebant, ita Valcellis cum Imperatoris delegatis colloquia serebant, in quibus, etsi de mutandis captivis palam disceptabatur, facillime tamen fieri poterat ut conditiones pacis conscriberentur. Quum res ita ambigua esset, quid sibi faciendum esset Rex nesciebat. Inter eos quorum consiliis utebatur, alii alia sentiebant. Constabulus Momorantius vehementer optabat fieri pactum, quo demum facto sibi redderetur filius ille, qui ex anno 1553 captivus erat. Ut ad pacem

1. Granvelle, IV, 518. Epist. Simonis Renardi ad Lalanium comitem.
2. Pietro Nores, *Archivio Storico Italiano*, t. XII, p. 35.

regem hortaretur, communem quoque utilitatem evocabat : unde emeritus ille Henrici Secundi consultor maximas sapientiæ laudes sibi paravit. « Irritas fore spes illas vehementer demonstrabat quæ de senis vita penderent. Pauperem esse Papam, nec firman habere vel cum Venetis vel cum Ferraræ duce societatem. Mortuo autem Pontifice, futurum esse ut Franciæ incumberet ingens illud belli onus, ita ut aut ad pactionem non sine magno Regis dedecore veniretur, aut gerendi belli causa, prope ad exitium Francia perduceretur [1]. » Guisii contra, Dianæ Pictaviensis, Regis amicæ ac dominatricis, auxilio fulti, cum Papa societatem commendabant : quippe qui ambo, et dux Franciscus et cardinalis Carolus Lotharingus, in bello virtutem et industriam suam exercere possent. Quum igitur dubius et anxius esset et utriusque partis argumentis moveretur Henricus; quum vellet populo suo aliquid laxamenti dare, et contra idem amore gloriæ, in Imperatorem odio, spe denique Francos pro Hispanis Italiæ dominos faciendi stimularetur, Rex statuit in utroque consilio, quamvis contrario, perseverare : nec spem pacis cum Imperatore jungendæ deposuit, nec facultatem belli, auxiliantibus Papa et ab eo promissis sociis, producendi ejecit; ita ut suo tempore eligeret quod sibi placeret. Tali ratione callidiorem sese quam honestiorem rex præbebat. Ac magis decorum fuisset eum aperte vel ad bellum vel ad pacem se inclinare profiteri. Henricus autem Secundus, de more omnium illius ætatis principum, commodis suis attentus, utile honesto prætulit. Nemo quidem eo tempore aliud fecisset. Utcumque se res habet, cardinalis

1. Pietro Nores, *Archivio Storico Italiano*, t. XII, p. 39.

Lotharingus et cardinalis Turnonius missi fuerunt in Italiam, amplissima potestate muniti, qui, Regis nomine, societatem cum Paulo Quarto confirmarent. Quod fœdus quinto decimo die Decembris 1555 Romæ fuit ictum. Statim Lotharingus cardinalis Ferraram et Venetiam profectus est, ut ducem Herculem Estensem et Venetorum rempublicam in fœderationem adversus Imperatorem junctam alliceret.

Nihilominus Regis et Imperatoris delegati colloquia apud Valcellas adhuc serebant. Extremo Decembri, non jam, ut ante, de redimendis captivis tantum actum est. Nempe, septimo vicesimo hujus mensis die, Imperator et Philippus de pace gravem protulerunt libellum. Sermonem quidem placidissimum usurpantes, memorabant ea colloquia, quæ apud Marcq habita fuerant, non dissoluta sed prolata tantum fuisse. Carolus Quintus profitebatur se libenti animo cum Francis de pace, non mediis Regina Anglorum et cardinale Polo [1], communicaturum.

Primo die anni 1556, classis præfectus, Gaspar Colinius et Sebastianus Albaspineus, libellorum supplicum magister, qui Lutetiam iverat mandata Regis petiturus, iterum in cænobio Valcellensi cum Carolo Lalanio comite et Simone Renardo collocuti sunt : Renardus Bruxellis redierat illo Imperatoris ac Philippi libello, de quo ante dixi, instructus. Primum Cæsariani oratores hoc libellum Francis ediderunt. Addiderunt Imperatorem gaudere quod, re de captivis acta, nunc de pace vel indutiis ageretur. Protulerunt reginam Angliæ et cardinalem Polum pacis conciliatores fore.

1. Granvelle, IV, 520. Déclaration de Charles-Quint et de Philippe II au sujet de la paix avec le roi de France. De Bruxelles, le 27 décembre 1555.

Postquam de his rebus seorsum inter se consultaverunt, delegati Franci ad Cæsarianos quum rediissent, superbissime responderunt. Nempe Cæsarianos moras quærere criminati sunt, et Mariam reginam, pacis interpretem, plane pernegarunt, quod quidem in Philippum, ejus conjugem, contumeliosissimum erat. Simo Renardus ac Carolus Lalanius comes, eos placare contenderunt, quippe qui illorum superbia perturbarentur et timescerent ne colloquiis illi cessarent [1]. Sex sibi dies postularunt ut Imperatorem consulerent, nec impetraverunt. Tum Lalanius comes ex hac repulsa apparere professus est quam male in pacem animati essent Regis Francorum delegati, et eis culpam assignavit, si, ut jam necesse videbatur, dirimeretur colloquium. His auditis, Colinius, qui nondum locutus erat, tum verba fecit, et, majore adhibita moderatione, dixit « que pour qu'il estoit question d'un si grand bien, il ne falloit laisser tumber ceste practique en roupture, puisqu'il n'estoit question que de cinq ou six jours [2]. » Postquam hæc temperandis animis apta disseruit, hujus diei colloquio finis impositus est. Cæsarianos tam superbe habebant Franci oratores, quod acceperant quid Romæ ageretur [3]. Inter se tamen delegati pacti sunt ut Simo Renardus et Lalanius comes de actis rebus Imperatorem monerent, et interrogarent quid in summa quum de pace vel indutiis, tum de captivis commutandis (hoc enim multam etiam movebat contro-

1. « Sur ce nous retirâmes en appert et nous trouvasmes perplex de ceste response si absolute... » (Granvelle, IV, 526.)

2. Granvelle, IV, p. 529.

3. « L'on nous a dit que les Françoys sont après pour faire finance et prendre de chacune paroiche ung calice; et font courir le bruyt qu'ilz ont fait ligue avec le pape et le duc de Ferrare contre Votre Majesté.... » (*Id.*, p. 530.)

versiam) fieri vellet. Ad colloquium, paucis diebus intermissis, iterum ventum est (decimo die Januarii). De pace autem dum agebant, Colinius et Albaspineus rumores dispergebant qui magnam Imperatori sollicitudinem afferrent. « Les Françoys publioient entre eux avoir grandes practiques en Italye et Angleterre et qu'ilz ne se assembleroient plus que ceste foys pour communiquer avec nous..... et que le sieur de Guyse se préparoit pour passer en la Toscane en ce printemps prochain [1]... »

Quinto die Februarii, Cæsariani delegati, quum ab Imperatore ac Philippo facultates ac mandata, plures jam dies efflagitata [2], accepissent, ultimum sermonem cum Colinio atque Albaspineo contulerunt. Illi quidem Cæsariani suum dominum professi sunt nolle paci indutiisve annuere, nisi sibi Rex Francorum redderet « ce qu'il a occupé durant la présente guerre, signanment des lieux et places où il n'a jamais prétendu. » Attamen Imperator, ut se sincere studiosum esse boni publici palam significaret, non recusabat « de remectre la restitution de ce que luy tombe jusques à ce que les moiens de paix se traictent ». Tantum igitur postulabat ut sibi Imperii oppida restituerentur, Franci autem ea relinquerent, quæ in insula Corsica Etruriaque obtinebant, ac discederent a ducis Mantuæ urbibus et a quibusdam ducis Sabaudiæ oppidis. Quæ conditiones haud multum ab iis aberant, quæ pancos ante menses prohibuerant ne fœdus in vico, cui Marcq nomen est, iceretur. Quare eas vehementissime Franci dimiserunt « que jà ils nous ont répondu absolutement que pour tresve ils ne rendront aulcune

1. Granvelle, IV, 532. Epistola quarto Januarii die 1556.
2. Cf. Epist. quinto decimo januarii die, p. 533.

chose; que c'estoit perdre temps de faire instance sur ce [1]..... » Item Colinius, regis nomine, noluit ita fieri ut ab urbibus, quas Franci in Etruria obtinebant, Senenses ac Florentini depellerentur, quia « le roy de France ne consentiroit jamais, ny pouroit consentir chose si cruelle que de deschasser ceulx qu'ilz luy ont faict service et font encoires de présent. » Rex modo pollicebatur se illis imperaturum ut indutias, si pangerentur, religiose servarent. Tum inter oratores actum est de indutiis quamdiu durare deberent. Franci quidem in decem, Cæsariani autem in tres modo annos fieri eas volebant, « sur fondement que prenant tresve longue, ce seroit pour négliger la fin et but de la paix, à quoy plus principalement l'on tend. » Mediam consilii viam consecuti, eas in quinque annos faciendas esse decreverunt. Franci autem in indutiis Turcarum imperatorem comprehendi noluerunt, hac, mira quidem, sumpta causa quod : « Ce point touche trop à la réputation du roy, qu'il n'est confédéré ni allié avec le Turcq, qui ne le favorizera aultrement s'il entreprend contre la chrestienté soit par mer ou terre... » Fidem tamen dederunt Regem Solimano scripturum ut causam Romanorum regis ageret [2]. Postquam de multis minoribus rebus, scilicet de annua pecunia, quam Henricus Secundus jam sex annos socrui suæ, Caroli Quinti sorori, suppeditare omittebat, de libertate adolescentis ducis Lotharingiæ a rege in Francia ex anno 1552 custoditi, de

1. Granvelle, IV, 537.

2. Granvelle, IV, 539. — *Correspondenz des Kaisers Karl V*, III, 698. « Bien ont lesdicts Françoys assuré de bouche, sans le vouloir mettre par escript, que venant à l'effect de ladite tresve, ils vous donneront une assistance tant par lettres que messagers devers le Turcq pour parvenir à la dite tresve. »

captivorum redemptione disceptarunt [1], in conditiones delegati convenerunt et indutias [2] in quinque annos fecerunt. Hæc quidem Henrico Secundo maximæ utilitati erant, quum omnia ab initio belli a se parta teneret, adversarium autem cogeret omnia quæ ante affectabat repudiare, nec ipse ab ulla postulatione desisteret : « la trêve faicte et passée entre l'Empereur, le roy d'Angleterre son fils et moy pour cinq ans, avec toutes les advantageuses conditions pour moy que j'eusse sceu désirer, sans qu'au moyen de la dite trève, je sois tenu faire restitution des places ni aucunes choses dependantes de mes conquestes [3]. » Item decimum post annum, Venetorum quidam orator, Badoarus, indutias dicit apud Valcellas factas Imperatoris famæ injuriam attulisse, Francis vero pro victoria fuisse. Quin immo ille Badoarus, in scripto in quo hæc enarrat, nil pensi habet quin illam pacem ex Provincia receptui ac funestæ in Algerium expeditioni comparet [4].

Propterea quod illas conditiones ab Imperatore ex insperato acceptas esse Henrico Secundo pro summa victoria erat [5], hic credidit se non posse non illis indutiis assentiri, quamvis ejus ad Papam delegati, ut supra dixi, legitimo fœdere belli societatem cum Paulo Quarto, duo

1. « Conventum ut captivi utrinque dimitterentur; milites quidem trimestri stipendio exsoluto; nobiles verò unius anni suorum bonorum reditum dependerent : excepti ex nostris Bullionius et Fr. Momorantius, ex hostibus Ph. Croius, Arascotii dux. » (Cf. *Thuani Historia*, I, lib. XVII, p. 579.)

2. Cujus fœderis scriptum reperias apud Ribier, II, 626.

3. Cf. Ribier, II, p. 625. Regis epistola ad dominum de Avansone.

4. Cf. Mignet, *Charles-Quint, son abdication*, p. 129.

5. « La gran debolleza delle loro forze gl'aveva umiliati a cercar di guadagnarsi il re Enrico con quelle condizioni che prima eglino stessi rigettate avevano con fasto... » (Bromato, *Storia di Paolo IV*, lib. IX, cap. 17, *ad fin.*)

ante menses, junxissent. Quum denuntiando Imperatori talis consensus periculo plus profecisset Henricus, quam se, consensu facto, profecturum, si Imperatorem vicisset, sperare poterat, opinatus est sibi licere fidem papæ datam negligere, eamque, si non prodere, at certe in tempus opportunius præstandam differre, quum res ita se habere suis manifesto conduceret [1]. Absit profecto ut negare velim hanc rei gerendæ rationem callidiorem fuisse quam honestiorem. Constat autem constabulo Momorantio non defuisse argumenta, quibus apud regem indutias tueretur, quum, eo tempore usus, quo in Italia aberat cardinalis Lotharingus, ad conciliationem Henricum Secundum perducere conatus est. Nam Henricus Secundus, præterquam quod omnia a se parta servare ita poterat, alia utilitate ad faciendas indutias impellebatur. Profecto pacta cum Paulo Quarto exuere statuit, præsertim ut, fœdere icto, facilius esset æmulo illi, quem multo magis metuendum quam Philippum æstimabat, e regno in secessum abire. Quod non ancipiti de causa conjectamus : sed de hoc ipsum regem testem habemus, possidemusque certissimum libellum ab eo scriptum. His enim verbis Henricus Secundus oratori apud Solimanum mandat ut Turcarum imperatorem indutias inter Francos Imperatoremque factas esse moneat :

« Combien que quelques jours après la trève faite et conclue entre le roy des Espagnes son fils et moi, j'aye fait entendre au G. S. comme les choses s'étoient pas-

1. « Promulgatis indutiis, Turnonius cardinalis qui Romæ erat, cum oratore regio pontificem regis nomine adit et quid actum sit ostendit : *nihilominus regem in fœdere secreto perseverare testatus.* » (*Thuani Historia*, I, lib. XVII, p. 581.)

sées, si est ce que pour avoir lors réservé à luy déclarer le surplus des causes et occasions qui m'avoient meu d'entendre à la dite trève, venant maintenant à propos d'en dire ce qui en est, j'ay bien voulu l'en éclaircir comme celui à qui je ne veux rien céler de toutes mes actions. Ayant donc sceu par plusieurs advertissemens conformes que ledit roy des Espagnes se voyant fort caduc et agité de divers maladies continuelles s'estoit délibéré et résolu, s'il pouvoit parvenir à ceste tresve laquelle il désiroit sur toutes choses, de s'en aller en Espagne finir le reste de ses jours, et se dépouiller et se destituer entièrement de toutes administrations publiques et privées pour les remettre comme il a fait : c'est a savoir ce qui touchoit l'empire et les affaires de la Germanie ès mains du roi Ferdinand son frère et du roy de Bohême fils dudict Ferdinand, et quant au reste de ses royaumes, pays et Estats auroit le tout désigné et délaissé audit prince son fils pour en disposer comme siens sans en avoir retenu aucune chose sinon une pension pour son vivre et entretenement en un monastère où il s'est retiré au dit pays d'Espagne, ne voulant ouyr parler que des choses spirituelles. Par quoy, après avoir par moy tout considéré que ledit roy des Espagnes fust maladif, impotent et décrépit comme il est, néantmoins son conseil et advis pour la grande et longue expérience qu'il avait aux affaires du monde, pouvoit tout entièrement, luy présent, à la conduite et direction de ceux que j'avois à demesler avec luy et son dit fils le prince des Espagnes, lequel est fort adonné à ses plaisirs, voluptez et délices et peu expérimenté en grandes choses avec des ministres de mesme ; j'avisay que

le meilleur estoit de conforter ledit roy d'Espagne en son opinion, lui faire voyr et donner le moyen et occasion de parfournir et exécuter son entreprise et délibération pour la retraite audit Espagne, s'estant dépouillé et du tout démis de ses dits Estats et administrations. Au moyen de quoy je m'accorday libéralement à ladite trève, qui me fut et a esté autant honorable et profitable qu'elle eust scu estre, car il n'a été nullement question d'avoir quitté un seul poulce de terre de toutes les conquestes que j'ay faites en quelque lieu ny endroit que ce soit, ayant davantage compris cette trève généralement tous mes amis alliez et confédérez, sans aucun en excepter et par ainsy ledit G. S. doit estre tenu, estimé et réputé de ce nombre, pour jouir du bénéfice de cette tresve si elle luy a esté agréable et qu'il la voulust accepter. Ces considérations me firent entendre à la trève, *car ce n'estoit pas peu fait d'oster d'auprès de moy un si puissant ennemy rusé et opiniastre le plus du monde, n'estant rien si certain que si la guerre eust toujours duré, jamais il n'eust voulu bouger de là quelques maladies et nécessitez qu'il eust, en faisant et tramant infinies menées et pratiques pour me susciter de nouveaux troubles*. Et estoit fort auprès des Anglois, ayant son fils espousé leur royne, pour leur faire reprendre les armes contre moy, s'estant finalement désisté de tout quand il a veu et connu que je m'estois accommodé à ladite trève, d'autant qu'il ne demandoit autre chose pour la grande et extrême envie qu'il avoit du repos et de regaigner l'Espagne ayant laissé *un successeur duquel l'on pourra toujours avoir beaucoup meilleur marché que l'on n'eust pas eu de luy pource qu'il n'est pas grand entrepreneur ny fort*

bon guerroyeur, comme le dit G. S. pourra expérimenter quand il lui plaira [1]. »

Animadvertere est Henricum Secundum in his litteris non modo præstantissimum illustri æmulo honorem tribuisse, sed etiam qua occulta de causa indutias apud Valcellas pepigerit confessum esse : scilicet ut Imperatoris in Hispaniam secessum expediret, vitaretque ne, rupta cum Anglis amicitia, novæ ac formidandæ exsisterent difficultates.

Scire quoque velimus, quibus validissimis incitamentis impulsus Carolus Quintus ad eas conditiones descenderit, quas jure Robertson alienissimas contumeliosasque vocat, quibus et ipse Imperator annuere sex ante menses, quum apud vicum in agro Caletensi, cui Marcq nomen est, colloquia haberentur, noluerat. Aliud enim erat, fatigatione et imperii tædio quietem optare (quam, ut supra dixi, vehementer Imperator cupiebat); aliud concedere, ut non modo in quinque annos indutiæ darentur, sed urbes et regiones Franci conservarent ab Henrico Secundo occupatas seu in Imperio, seu in agro fidelis ac miseri illius socii Imperatoris, Emmanuel Philiberti, ducis Sabaudiæ, qui ita cunctis opibus spoliaretur. Quam contumeliam Carolus Quintus profecto non pertulisset, nisi sollicitatus ac coactus fuisset validioribus causis quam propriæ quietis cura.

Die autem septimo vicesimo Novembris 1555, Imperatoris frater, Ferdinandus, epistolam parum cognitam scripserat [2], in qua Romanorum rex Imperatorem obtestabatur ut cum Francis pactioni assentiretur. Addebat

1. Ribier, t. II, p. 659.
2. *Correspondenz des Kaisers Karl V*, t. III, p. 694.

se, nisi illa fieret, non a Solimano indutias impetrare posse, quibus maxime sibi opus esset. « *Considéré que le Turcq ne se laissera, nonobstant la persuasion de mes ambassadeurs, induyre entrer en négociation avec moy ..... et d'autre coustel l'importance et nécessité que j'ay de la dicte trève, d'autant que je n'ay bonnement le moyen pour résister aux forces d'ung si puissant ennemy, en cas qu'il me vînt faire la guerre l'année prochaine, de povoir dresser armée compétante, je supplie Votre Majesté ne veuille mectre difficulté sur la délivrance des prisonniers, car je ne suis hors d'espoir que par ces moyens je pourrai obtenir quelque tresve* avec le Turcq. » Nec dubitare licet quin periculum illud, quo vexabatur frater, vehementer Imperatorem commoverit, eumque ad pacem quantocumque pretio cum Henrico Secundo faciendam induxerit, ut Ferdinandum periculo liberaret. Etenim supra dixi Imperatoris delegatos omni opere nisos esse, ut Turcarum Imperator in partem indutiarum, sicuti Rex Romanorum, veniret : quum autem Franci oratores recusassent [1], Cæsariani petierunt ut saltem Henricus Secundus apud Solimanum, litteris scriptis, Ferdinandi causam ageret : « Quant à l'article du Turcq, ilz n'ont aulcunement voulu consentir qu'en termes spéciaulx en soit faicte mention par escript, promestans neantmoins que ledict S^r roy fera son mieulx pour assister la chrestienté et le S^r Roy des Romains, et luy donnera toutes lettres favorables [2]. »

1. L'on est entré en communication pour le faict de la tresve, à faulte d'avoir peu avec les François parvenir à paix : et moi et mon fils avions donné charge à nos ambassadeurs afin que les François se obligeassent à vous faire avoir tresve avec le Turcq, puisqu'ils en ont le moien; mais l'on n'a pu tirer autre chose que ce que verrez par la copie de la tresve.... » (*Correspondenz des Kaisers Karl* V, III, 698.)
2. Granvelle, IV, 539.

Unde intelligere est quam utilem operam Francis, ut Francisco primo, ita Henrico Secundo regnante, Turcæ socii præstiterint. Hi enim continuo timorem injiciebant seu Germaniæ (in quam impetum fecerant atroces Solimani milites sæpius quam ut aliquam rursus eorum incursionem non metueret), seu Hispanis de suis in Italia, Sicilia Neapolitanoque regno possessionibus, quas singulis annis Turcicæ classes, cum Francis junctæ et mari Mediterraneo potitæ, aggressæ erant. Inter omnes constabat, nec temere, regem Franciæ Solimano, ut volebat, seu belli seu pacis causa uti. Omnes autem hoc persuasum habere (quod clare testatur epistola supra prolata) Franciæ melius erat quam si exercitu muniretur. Etenim jam multos annos cum formidando hoste æquo marte pugnare potuerat, quia vires ejus duplices credebantur. Si quis profecto scire cupiat quam ob causam fieri potuerit ut Franciscus primus et Henricus Secundus prospere Carolo Quinto Philippoque resisterent, a Turcicis rebus hoc petendum est.

Attamen Carolus Quintus, quamvis Ferdinandi rerum studiosus, non fraterno tantum amore impulsus statuit Henricum lenire, multis rebus ex insperato concedendis. Non minorem ei Papa quam Turcarum Imperator sollicitudinem afferebat. Quare Carolus Quintus, ut a se liberari impugnatione timenda regem Romanorum gaudebat, ita non minori curæ habere debebat prohibere quin filio cum iis qui in Italia adversus Hispanos, patrocinante Paulo, societatem jungebant, pugnandum esset. Clarissimus et eruditissimus vir, Mignet, in pulchro illo libro quem de abdicatione ac secessu Caroli Quinti scripsit, dicit Imperatorem se magna lætitia elatum præstitisse,

quum indutias factas esse audiit, sed illum multo lætiorem futurum fuisse, si, quod fœdus a papa Franciaque secreto ictum esset, cognovisset [1]. Forsan quidem Imperator conditiones illius fœderis non singillatim noverat : ne tamen credas ei ignotum fuisse et Papam in Imperatorem infenso animo esse, (quod et verbis et factis ejus manifestum erat) exercitumque sibi paravisse (quo adversus neminem præter Cæsarianos uti poterat); et cardinalem Carolum Carafam cum Henrici Secundi ministris communicasse, et cardinales Lotharingum Turnoniumque Romam missos esse, et illum Ferraram ac Venetiam iter perrexisse : quæ opinio ne in disquisitione quidem poni potest. Non dubium est quin Imperator cognoverit magnam periculi procellam in Italia parari : ille autem cautum credidit non hanc filio sustinendam relinquere. Quare, quum non posset, nisi accepta contumelia, prohibere quominus ita se res haberent, superbiam suam fratris, filii ac populorum commodis posthabuit. Quod profecto ita intellexit Henricus Secundus, ut oratorem suum talia summo Pontifici dicere jusserit. « C'est chose très véritable que dès lors que l'Empereur a seulement senty le bruit ques Vostre Saincteté avait embrassé la querelle de son fils aisné, sa dure obstination s'est tout d'un coup rompüe, de façon qu'il a cédé au Roy plus d'honneur et d'advantage qu'il n'en avoit espéré [2]. »

1. Cf. Mignet, *Charles-Quint*, p. 108.
2. Ribier, II, 632.

IV

QUA SOLERTIA USUS REX, QUAM NUPER PAULO QUARTO PRÆSTITERAT FIDEM, FACTIS CUM IMPERATORE INDUTIIS, REVOCAVERIT

Factis apud Valcellas indutiis, non tamen rei nodum atque ambiguitatem Henricus exsolverat. Jam, consilii certus, id saltem profecerat ut non amplius animo fluctuaret; at suberant multæ quibus circumveniebatur difficultates. Quamvis indutias cum Imperatore fecisset, non ideo cessabat miserum illud fœdus quod nuperrime, in mutuam belli societatem, cum Summo Pontifice intervenerat. Non erat quod Paulus istam socii defectionem celari posset. Nam illius defectionis fama, etiamsi tegeretur silentio, mox in vulgus eruptura erat. Quæ esset Summi Pontificis mens, quis animus, quum audiret Regem de sententiâ suâ subito decessisse? Nec rei facilis erat defensio : qua excusatione objectum proditionis crimen Henricus purgaret? Aut infitiando, perjurium mendacio cumularet, cui nulla esset fides, aut non infitiando confiteri videretur. Confiteri igitur præstabat, quam id tacere, quod brevi in lucem protraheretur. Sed quo indignantium clamore, non Europa modo, sed Francia etiam

personaret! Nonne Christiani illatam Christi Vicario injuriam sibi ipsis inferri existimarent? Regem, utpote Christianum et ipsum, religio quædam, compressa vix conscientia, subibat. Nec tantum religio, sed etiam timor in ejus animum influebat, ne, apud tot Christianorum millia, prodito Pontifice, proditionis infamiâ notaretur.

In his cognitum est quantum in Francia valerent illa perfidiæ exempla, quæ jamdudum e patria Machiavelli profecta, in totam prope Europam redundaverant. Nempe, in hoc rerum articulo, Regis ministri, ut eum omni molestia expedirent, ad malitiam et fraudem versare mentem suam cœperunt. Tum aliquid excogitavere quo, ut callidi, ita et improbi declarantur. Sed plerumque accidebat ut, qui rebus publicis præerant, temporum licentia freti, parum curarent, unde utilitas non abesset, ibi turpitudinem esse. Ad id tantum spectabant quod proficeret, neque, id quibus modis assequerentur, quidquam pensi habebant. Sic Henricus, quum jurejurando confirmavisset se fidem suam Summo Pontifici obstringere, paucis interjectis diebus, ad dolum confugit, acute quidem, sed impudenter excogitatum, ut sacramenti religionem rumperet.

Illius enim memoriæ aut ultro occurrerunt, aut subjecta sunt a familiaribus verba ex vulgari et quotidiana sumpta allocutione, quibus Pontifex se pacem ac concordiam inter omnes conciliaturum esse profitebatur. Levia quidem verba, et dicentis et audientium judicio, neque in magno ponenda discrimine, quum ex ore Pontificis exciderent qui, Dei nomine, Christianos allocutus, pacificam, ut decebat, personam agebat. Quam aliena fuerit Pauli voluntas ab imperatoriis partibus

multo magis demonstrant verba quibus, vetere odio instinctus, per jocum, nec sine maxima tamen contumelia, in Caroli fautores invehebatur. Non Lutetiæ magis quam Romæ aut Bruxellis fides adhibebatur his sermonibus, non ex animo, officiorum conscientia, profluentibus, sed ex ministerii necessitate, in hunc prope modum, expressis : « Nous voulons faire office de bon Père universel..... et donner paix à la chrétienté, sans nous vouloir partialiser, ny user de voyes d'armes, ne nous semblant convenable à nostre estat [1]. » Sed verbis facta dissentiebant, neque illi pacis studio, quod palam præ se ferebat, respondebant consilia, quæ, tertio vix mense postquam Pontifex electus erat, remotis primum arbitris, mox aperte, cum nepote suo moliebatur. Quæ quum ita essent, non fieri poterat ut rex Franciæ, certior factus quid inter suos legatos et cardinalem Carafam convenisset, sermones in serium verteret qui, neque amicis Pauli, neque inimicis fucum faciebant, quibusque verisimillimum est eum oratoria velut arte, quæ erat Pontificum consuetudo, usum esse.

Hanc tamen causam, antequam indutias obsignaret, sibi ipse confinxit, ut ex animo scrupulum evelleret conscientiâ perfidiæ ortum; nec jam illi religio fuit quominus fidem violaret. Eadem simul excusatione ausus est suum ipsius dolum tegere, ut quæ apud Valcellas acta essent, neque ea tamen levia, Paulum certiorem faceret. Summa quidem ingenii dexteritas, sed et quædam perspicua malæ fidei suspicio his subest litterulis quas, in illa rerum necessitate, non sine quadam verecundia, ad dominum de Avansone misit. Non

1. Ribier, t. II, p. 615.

dubium est quin eum puduerit talia vel ad suum ipsius legatum scribere. Exordiens commemorat Imperatoris internuntios omni ope atque opera enisos esse ut pacem impetrarent; eos tandem, quum longum effluxisset tempus, instando, multis rebus concedendis pervicisse, quamvis missi ab ipso delegati super fortunam animum gerentes, arroganter minitati essent se colloquia dirempturos esse, nisi cumulate sibi satisfieret. Sed nihil ad bellum profuerat regem majora quam pro rerum suarum statu vindicare, Carolo nihil recusante. Ex his dilucidius cernitur quantum cupierit documenta afferre, quibus fidem faceret se ad pacis condiciones, velut invitum, descendisse, nec quidquam de jure suo decessisse. Positis denique ambagibus, ad id venit, in quo præcipuum ponitur defensionis argumentum, quodque orator regius diligenter in lucem proferre jubebatur, scilicet Regem, factis apud Valcellas indutiis, Summo Pontifici morem gessisse, quum ille iterum ac sæpius pacis et concordiæ patrocinium aperte suscepisset. Ceterum, non abs re alienum videbitur, si ipsa epistolæ verba retulerimus : « Monsieur d'Avanson, voicy que les nouvelles me sont venües du sieur de Chastillon admiral, et de l'abbé de Basse-Fontaine touchant la conclusion de la trêve faite et passée entre l'Empereur, le roy d'Angleterre son fils, et moy, pour cinq ans... Cependant, j'ay bien voulu que vous fassiez entendre à Sa Sainteté comme mes députés ayant esté plusieurs fois sur le point de partir pour s'en retourner devers moy, ont tousjours esté retenus par ceux dudit Empereur et du roy d'Angleterre, avec toutes les sortes de persécutions et remontrances qu'ils ont peu inventer

pour obtenir et prolonger les délais sur délais.... Mais ayant connu ouvertement que par toutes leurs raisons et dissimulations ils ne pouvoient rien profiter, et que mes députez étoient gens à un mot, constans et fermes en ce qu'ils leur avoient dit et répondu, sans se vouloir repaistre de paroles, ils se sont finalement déclarez et fait clairement connaître le singulier désir et affection qu'ils avoient à ce que ladite trêve se fît. ***Et d'autant que par les honnestes propos que vous a tenus nostre Saint-Père.... qu'elle n'a désagréable un si bon, si saint et salutaire œuvre qu'elle mesme s'est efforcée de vouloir embrasser***, je pense que vous n'aurez pas beaucoup à faire à luy persuader de trouver bon le traité d'icelle trêve [1]..... » Inde perspici potest quantùm Henricus, postquam in augustias se dederat, artem sui expediendi calleret. Nec tantum semet ipse expedierat, sed, ejus opera, in insidias Paulus inciderat quas sibi posse comparari non suspicabatur. Quis enim id credere potuisset? Inania admodum verba, ex temporum necessitate expressa, ut Pontificis orationibus aliquid mansueti ac pacifici adderent, in dicentis perniciem conversa erant! Deceptus, immo ludificatus, indignitatem injuriæ agre tulit; sed, quamvis sua eum spes omnino fefellisset, non erat quod misericordiam moveret. Quid enim opus erat senem, vindicandi cupidissimum, sui impotentem et prompto ad asperiora ingenio, pacificam agere personam, dum contra, ad omnem belli occasionem intentus, pacem disturbare clandestino meditabatur. Nonne et ipse perfidia utebatur, quum icto cum Franciæ Rege

1. Cf. Ribier, t. II, p. 625-626. — Lettre du roy à son ambassadeur, le sieur d'Avanson.

fœdere, parato bello, instructis copiis, quibus Neapolitanum regnum invaderet, Mariam Angliæ reginam de pace inter Henricum et Carolum Quintum componenda dolosis precibus, (ut plane apparet ex litteris oratoris Michielis [1]) prosequebatur? Dum locum fraudi paraverat, plagas contra se texuerat. Quid plura? Decipiens alios, ipse, quod sæpe fieri solet, deceptus est, ut non immerito improbitatis suæ pœnas dederit.

1. Cf. Michiel, p. 177.

V

CERTIOREM AB HENRICO FACTUM FUISSE PAULUM QUARTUM, DE HABITIS INTER REGIOS ET CÆSAREOS ORATORES COLLOQUIIS

Quæ supra diximus, quamvis et malam Pauli fidem culpantia, satis superque documento sunt, Henricum pessime de eo meritum esse; neque id aut dissimulare omnino aut minuere in animo habemus, apertissime confessi, nec sine quadam judicii severitate, Regem ambigua in socium concilia iniisse, quum jam prope esset, ut ille cum Imperatore pacisceretur. Si quis autem longius processerit, quæ illi objiciet, aut dubie ponenda erunt, aut prorsus infitianda. Nolimus, exempli gratia, credere Henricum, quo tempore erga summum Pontificem se obligabat, id jam animo præsumptum habuisse ut, versa in ludibrium jurisjurandi religione, Paulum, si res posceret, spe sua frustraretur. Ne sint tam faciles criminantibus aures. Ne Regem graviori hac prosequamur accusatione, de industria viam fraudis ac perfidiæ ingressum esse, ex quo simul cum Summo Pontifice et cum Imperatore cœpit agere. Non modo Paulus certior factus erat habita fuisse in vico agri Caletensis qui Marcq

nominatur, inde Valcellis colloquia, sed etiam Henricus, (quod infra in lucem proferetur) suum esse existimaverat socium docere quid ibi, ex variis temporum inclinationibus, evenisset. Controversia non esse potest quin Vaticani familiares audierint missos fuisse Valcellas legatos, qui pacis condiciones tentarent. Primum enim apud Marcq, initio Maii, anno 1555, congressi erant, nec quidquam fuerat occultum, quum Henricus et Imperator quid vellent, quidve agerent, profiteri non dubitavissent. Aliquanto post, Valcellis, apud Cameracum, de integro habita sunt colloquia. Intentæ eo omnium mentes, ut ita dicam, cum oculis erant. Europa, exspectatione suspensa, quid inde secuturum esset, opperiebatur. Mensibus decem proximis, nullum reperire erat aut populum, aut principem, cui spes aut metus, ex pacis aut belli præsumptione, non injiceretur, sive in Hispaniâ, in Franciâ, aut in Belgio, sive etiam apud Anglos, Allemanos, aut Turcas. Sextus enim et tricesimus erat annus, ex quo magnum inter Franciæ Regem et Carolum exstiterat certamen; quumque tot gentes cum hoc aut cum illo in belli societatem venissent, nulla prope erat ad quam rerum exitus non pertineret. Itaque fieri non poterat ut Pontifex ea celaretur solus quæ, luce palam acta, omnibus innotuerant, quibusque nihil erat pervulgatius. Quis enim credat nullum fuisse inter tot Christianos, Paulo studiose inservientes, sive nuntium, sive legatum, aut denique episcopum, sacerdotem, aut monachum, qui eum moneret incidisse inter bellantes pacis mentionem, quum ad pacem illi per colloquia propalam habita grassarentur, non furtim, non clandestinis machinationibus, non, ut ita dicam, per cuniculos,

sicut mos est res publicas tractantibus. Hæc quam vana sit opinio, communi omnium sensu satis superque confirmatur.

Quemadmodum Lutetiæ, Bruxellis, aut Londini, ita et Romæ neminem profecto fugiebat, Gaspar Colinium, maris præfectum, et Lalanium comitem in collocutionem venisse. Sed hæc paciscendi initia Pontificis familiares neglexerunt, nec quidquam timuerunt quorsum eruptura essent, rati frustra fore colloquia. Henricus enim tantam præ se arrogantiam ferebat, ut nemo res ad concordiam adduci posse arbitraretur. Nonne mera erat insania credere acerrimum Franciæ hostem ad eas descensurum esse condiciones, in quibus haud scio an plus etiam detrimenti quam infamiæ esset, seque ad arbitrium et quasi ad nutum adversarii, natu minoris, accommodaturum? Carolum istam ferre indignitatem ac molestiam ut Metas, Tullum ac Virodunum in alterius dominationem concedere patiatur! Carolum æquo ferre animo socium, ducem Sabaudiæ, omnibus prope possessionibus suis deturbari! At enim, si res ita se haberet, nullus erat tot victoriarum fructus, nulla quoque hæc belli gloria, tot præliis ac laboribus parta. Imperator autem suæ ipsius laudi melius consulebat, quam ut illam sibi injungeret ignominiam et vitæ splendorem insigni maculà adspergeret. Primo enim colloquio, paucis ante mensibus, istius modi condiciones, indignatione permotus, superbe fastidierat. Nihil videbatur in præsentia accidisse cur, quæ nuper se accepturum negaverat, omisso dignitatis respectu, acciperet.

Conjectura longe aberravit Paulus; aberravit parier, quamvis acutissimus et veteratoria, ut ita dicam, pru-

dentia, cardinalis Carafa, quem in consiliorum omnium conscientiam Pontifex sumere solebat. Obliti sunt ea fieri posse interdum, quæ nunquam futura verisimile erat. Facta fœderis mentione quod odio Imperatoris pangeretur, non solum Regis ministri, sed etiam Rex ipse, ad occasionem intentus, in sententiam Pontificis iverant libentissime ut, quæ societatis condiciones fuerant inchoatæ, easdem Lotharingiæ ac Turonii cardinales maxima celeritate ratas habuerint. Itaque Paulus et Carafa omnino suspicione ac metu vacabant, rati Henricum atque Imperatorem colloquia in longum ducere ut tempus lucrarentur, sibique invicem verba darent. Nec satis erat : omnia in suo esse arbitrio confidebant, dum, eorum detrimento, pax interveniebat, cui nullam adhibebant fidem. Cardinalis enim Carafa, sexto Januarii die (1556) ad cardinalem Lotharingiæ hæc scribebat [1] : « Magnitudinis tuæ epistolas, fœdusque a Sua Majestate probatum accepimus. Inde Dominus noster maximam cepit lætitiam, quandoquidem indutiis hostes nunc ut antea usi sunt tanquam insidiis ac dolo quibus regem captare ejusque res pertubare possent. » Uno post mense, idem ille Carafa nondum se in errore versari intelligit. Sexto enim Februarii die, quo jam factæ erant indutiæ, ad ducem de Somma haud absimilia scribit : « Jam ex vano esse indutias cognovimus [2]. » Quin etiam quartodecimo

1. « Abbiamo poi ricevuto le sue con la ratificazione di Sua Maesta Christianissima, della quale N. S. è rimasto molto ben contento, poiche il trattato della sospensione è riuscito, come altre volte, cautela e artificio dell' altra parte, per impedire l'animo e gli affari di Sua Maestà. » (Cf. *Opere* di Mgr Giovanni della Casa. — Lettere a nome del cardinale Carafa. Lettera del 6 gennaro 1556.)

2. Cf. Della Casa, literæ ad ducem de Somma quindecimo Februarii die (1556).

ejusdem illius mensis die, pridie quam fama Romam perlata est ictum fuisse apud Valcellas fœdus, tanta Vaticani familiaribus erat fiducia, ut Paulus ipse, ejusque nepos, quum a Navagero Venetiæ oratore interrogarentur, quid e colloquiis, jamdudum habitis, secuturum esset, nihil aliud quam per ludibrium responderent quasi nimiam ejus credulitatem irridentes[1] : « Pridie ejus diei, quo Romam allatum est pactas in quinque annos esse indutias, sub vesperum, pontificem cardinalemque Carafam, numquid de hoc accepissent, interrogavi. Ridentes inter se adspexerunt quasi significare voluissent (ut postea mihi Summus Pontifex aperte confessus est) tenuissimam esse hanc spem indutiarum. Quas tamen pactas esse postero die auditum est. »

Ita non dubitari potest quin Pontifex certior factus sit Henricum atque Imperatorem de pace apud Valcellas collocutos esse. Immo, ne res noxiæ sit Regi, cujus existimatio agitur, iterabimus illud quod supra diximus, scilicet Regem id præsertim curæ habuisse ut socium moneret, ubi condiciones pacis revera tentatæ sunt. Nempe, quum de commutandis modo captivis hactenus fuisset actum, subita animi mutatione, Carolus, ut supra diximus, suis negotium dedit legatis ut Henrici voluntatem explorarent, indutiasque, si fieri posset, paciscerentur. Ut cognovit Imperatorem ad belli intermissionem inclinare, Rex, quum ipse ad bellum inclinaret, consilii incer-

1. « ... La tregua di cinque anni, della quale la sera avanti che ne venisse la nuova in Roma domandando io al Papa e al cardinal Carafa se ne avevano avviso alcuno, si guardarono l'un l'altro ridendo; quasi volessero dire (come mi disse poi apertamente Sua Santità, che questa speranza di tregua era assai debole. Nientedimeno, ne venne il giorno sequente la nuova.... » (Cf. Bernardo Navagero, *Relazioni Venet.*, édit. Alberi, série II, vol. III, p. 391-393.)

tus fuerat. Tandem ad Colinium classis præfectum et ad abbatem de Bassofonte rescripserat se non ita ab indutiis abhorrere, sed iis tantum condicionibus quas, ut vidimus, Carolo minime accipiendas arbitrabatur. Neque ullam interposuerat moram quin litteras ad cardinalem Lotharingiæ mitteret quibus ille, quid actum esset, edoctus, Pontificem et ipsum edocere posset. Hæc omnia minutatim enarravit Pallavicinus : « Venit Regis epistola quæ memorabat Cæsarianos delegatos, dum de commutandis captivis cum Regiis agerent, Colinium interrogavisse num faciendarum etiam indutiarum potestatem haberet; non ideo potuisse Regem ea, quæ ipse alias proposuisset, tantumque sibi profutura essent, recusare, quin quietem publicam prodere videretur. Non tamen verisimile esse fore ut hostes illis condicionibus annuerent, quas antea repudiavissent, ut pote quæ tantum ipsis ferrent detrimentum [1]. » Quum autem prope esset ut Cardinalis Lotharingiæ Roma proficisceretur, aut noluit, aut, temporis exiguitate impeditus, non potuit munus suum exsequi, et, infecto quod mandatum erat negotio, in Franciam rediit. Tum, collega jubente, cardinalis Turonii hanc sibi provinciam suscepit, Regisque epistolam ad summum Pontificem detulit. Ille, perlectis Henrici epistolis, nullam animi ægritudinem significavit, hoc tantum responso usus : « Mihi quidem placet ad colloquia ventum

1. *Storia del Concilio di Trento*, lib. XIII, cap. XVI, p. 449. « Sopravvenne una lettero del Rè con queste novelle : che trattandosi fra suoi ministri e quelli di Cesare il cambio dei prigioni, i Cesarei avevano addimandati a suoi se fosse in lor autorita di conchiuder anche una tregua.... Non aver potuto il Rè negare cio che aveva offerto altre volte, e che riuscirebbe si vantaggioso per lui senza dichiararsi nemico della publica quiete. Ma d'altra parte non avvisarsi che gli adversarj fossero per accettare quel che allora avevano ricusato, e ch'era in si grave loro disavvantaggio. »

esse; mihi autem gratius etiam sit indutias pangi. Opinor tamen, etsi hoc optandum est, non credendum esse ita fore ut illud contingat, quum alter rursus condiciones jam ab altero dimissas proponat. »

Mera quidem mendacia, vanum ac fallax responsum, in quo nihil erat sinceri, quum, hoc ipso tempore quo hanc pacificam habebat orationem, nihil aliud quam belli cupiditatem Pontifex spiraret[1]! Ita dilucidius apparebit non Henricum modo, sed Paulum quoque aliquid doli concepisse.

Quæ quum ita sint, nemo erit qui neget Paulum ejusque familiares, quid evenisset, ignoravisse, quum habita fuisse apud Marcq, deinde Valcellis colloquia, non solum rumore nuntio audivissent, sed etiam ex ipsis Henrici litteris sine ulla dubitatione cognovissent. Itaque, longe a recta rerum æstimatione aberrabit, si quis, Henrici consilia in malam partem accipiens, illatam Pontifici injuriam interpretando adaugebit. Non negabimus eum, extremo tempore, quum jam in eo esset ut cum Imperatore pacisceretur, dolose in socium suum egisse. In hoc autem defendendus est quod illa ludificandi Pontificis voluntas minime ejus animum subierat, dum fœdus cum eo pepigerat. Nihil enim eum celaverat, quid Valcellis ageretur, sedulo commonens. Sed Regem, animi incertum, atque ex rerum eventu consilia mutantem necessitas quædam impulit ut ea faceret quæ prius facere non

1. « Il quale (Paolo IV) uditone il tenore senza molto apprezzarlo rispose : piacergli che si trattasse, e più essere per piacergli se si conchiudesse la deposizione dell' armi; nondimeno parergli ciò più oggetto di desiderio che di speranza, mentre una parte riproponeva il già rifiutato dall' altra.... Stava egli tutto sugli apparecchj militari.... Tutta la casa del Papa spirava ardor marziale ». (Pallavicino, *Op.* et *loc. sup. cit.*, p. 451.)

destinaverat. Quis, exempli gratia, credere potuisset Carolum ad eas accessurum esse condiciones, quas et turpes et iniquissimas nemo non existimabat? Imperatore autem illas, contra omnium exspectationem, accipiente, nonne Rex, ad suorum utilitatem respiciens, et ipse eas accipere indutias debebat, quibus tot provincias, armis partas, veluti firmissimum Franciæ propugnaculum, juris sui faceret? Id saltem, nostra sententia, poscit æquitas ut eum principem, qui non modo Metas in Francicam dominationem redegerat, sed etiam eas retinere voluerat, non omni perfidiæ suspicione absolvamus, sed ut, illius culpam confessi, vanas quoque diluamus criminationes, hostium invidia in eum conflatas.

VI

NUM ITALICI ANNALIUM SCRIPTORES JURE AFFIRMAVERINT ADEO PRODITUM AB HENRICO FUISSE PONTIFICEM, UT NE COMPREHENSUS QUIDEM FUERIT IN INDUTIIS.

Italici historiarum scriptores, qui perpetuam rerum suarum narrationem evolverunt, aut Pauli tempora tantummodo attigerunt, illam judicii æquitatem, velut ad indulgendum propensam, omnino improbant. Ictum enim apud Valcellas fœdus, tanquam insigne perfidiæ documentum habent, quum Henricus, ut iis videtur, illam jamdudum molitus esset fraudem quam multa odiosiorem faciebant : ita rex Paulum ne monuit quidem pactas fuisse indutias. Immo ad eam injuriæ indignitatem descendere non dubitavit ut, quod fieri poterat, minime stipulatus sit socium pactionis beneficio usurum esse. Inde sequebatur ut Pontifex, Henrici ludibrium, mox ab eo proditus, Imperatori, cujus ad ulciscendum ardebat animus, tanquam hostia permitteretur.

Belli historiam, exempli gratiâ, quod Hispani adversus Paulum Quartum fecerunt, apud Petrum Norem legamus, sagacissimum tamen in judicando et sæpe reli-

giosæ fidei scriptorem [1] : « Ictum est fœdus, etsi in ejus partem papa non venit. Non modo extra pacis conditiones relictus, sed in fœdere ne citatus quidem est. Solus autem Cæsarianis iratis obnoxius stetit, atque in ditione fuit hostis jam ad iram incitati et adeo validioris, quam ipse erat, ut se defendere vel resistere ne per exiguum quidem tempus Papa posset. Hoc inopinato accidisse Romam allatum est quinto decimo die Februarii, mandante Nuntio, non Rege vel quolibet ejus ministro. Nec leni verbo tristitia rei mitigata est, nec ulla Papæ spes injecta est incommodi, quod ex tali consilio accepturus erat, sarciendi. »

Eadem firmissime asseverat Pallavicinus : « Tertio Februarii die indutias cum Francorum rege in quinque annos, nulla Pontificis mentione, pepigerunt. Certior de hac pactione a Nuntio non a Rege ejusve ministris factus est Paulus Quartus [2]. »

Priorum opinioni scriptorum accedit Carolus Bromatus qui nobis et Pauli vitam et rerum memoriam tradidit quæ per ejus pontificatum factæ sunt [3]. Immo, annota-

1. «... Essendosi fermata la tregua senza participazione del Papa, e non solo senza comprenderlo nelle capitolazioni, ma neppure in esse nominatolo, restò solo ed esposto agli odj degl' Imperiali, in poter d'inimico gia irritato, e tanto superiore a lui, che contra esso nè potea difendersi, nè far qual si voglia breve o minima resistenza.... Giunse la nuova di questo non pensato accidente in Roma a'15 di febraro per via del nunzio, non gia del Re, o da alcuni ministri più principali, con qualche moderazione, o scusa o speranza di ristorar il Papa dal pregiudizio che la risoluzione portava seco.... » (Cf. Pietro Nores, *Archiv. Stor. Ital.*, t. XII, p. 50 et 51.)

2. « Convennero a'3 di Febbrajo per una sospension d'armi a cinque anni col Re di Francia; senza esservi pur menzione del Papa.... Di questa conchiusa tregua diè il Nunzio le prime novelle, come narrammo, senza che'l Re o i suoi Ministri ne facessero verun motto al Pontefice.... » (Cf. *Storia del Concilio di Trento*, t. II, lib. XIII, cap. XVI, p. 452.)

3. « Il re di Francia lo abbandona (Paolo IV) agli Imperiali contro

tione libro adjuncta errorem coarguit haud negligendum, in quem delapsi sunt duo scriptores, natione Franci, quos nominatim non appellat. Ambo enim contra Norem dicere ausi erant, quum affirmavissent inducias et ad summum Pontificem pertinuisse. Ita, a Petro Nore, qui libro suo finem anno 1640 imposuerat, ad Bromatum usque, qui de vita Pauli Quarti librum anno 1750 edidit, creditum, immo dictum erat fortasse in Italia, summum Pontificem turpissima Henrici proditione iratis hostibus objectum fuisse; neque mirum videbitur si commentitiæ adeo percrebuerunt criminationes, quas scriptores non nullius nominis in litteris ipsi vulgaverant. Quorum auctoritate in errorem inducti, suam Francis levitatem, immo perfidiam, multi vitio dederunt. Inter eos qui veterum annalium memoriam repetierunt, nemo exstitit qui causam recognosceret, quod, aut nimium, aut etiam iniquum erat, corrigens. Neque Natalis Comes, neque Muratorius, neque Sismondius, neque Botta, hoc sibi sumpserunt ut judicium retractarent imprudenter ac temere latum, quoniam, re male explorata, dicta fuerat sententia. Unus historiæ scriptor, Carolus de Samm, horum opinionem refellere in animo habuit. Qui quidem, in libro qui inscribitur « Quæstio Italica, sexto decimo sæculo » Henrici causam suscepit. Sed, veritatem conjectura assecutus, rerum summam tantummodo attingit, nec curat in singulis consistere, ut omnino in lucem proferat quantum, maximo Henrici detrimento, erraverint illi, quos diximus, scriptores.

Haud arduum tamen erit eorum opinionem confutare,

di lui irritati.... » (Cf. *Storia di Paolo IV,* t. II, lib. IX, cap. XVII, p. 289.)

quum, quæ afferunt, nullis confirment argumentis. Errat enim, si quis credat Summum Pontificem, quid evenisset, ab Henrico non audivisse. Ubi cognovit nihil jam esse quod indutiis obstaret, Rex nullam priorem egit curam quam ut dominum de Avansone Romam mitteret. Ille, ipso profectionis tempore, litteras ab Henrico accepit quibus legati auctoritatem apud Paulum haberet, easque duabus maximi momenti tabulis adjunctas quarum verba excerpsit Ribierus. Priore tabula quædam continentur mandata quæ, ab ipso Rege scripta, legatum, haud per ambages, commonebant ut Pontificem, quid actum esset nuperrime, doceret. Jam suo loco indicavimus nec sine quadam judicii severitate, Henricum dolo usum esse ut, factis subito indutiis, culpam ab se removeret. Neque longius in hoc hærendum esse nobis videtur, quum, illius epistolæ summam breviter complexi, multas etiam partes supra retulerimus. Ne singula persequamur, illa, quæ jam diximus, satis superque documento erunt Regem fecisse ut Paulus de indutiis quam celerrime certior fieret.

Ipsæ pactionis condiciones, quas legatus ad Summum Pontificem delaturus erat, alteri mandatæ fuerant tabulæ. Cujus verba, quinto Februarii die, ab internuntiis utriusque partis subscripta, clarissime in lucem proferunt quantum erraverint italici historiæ scriptores qui negaverunt indutias ad Papam pertinuisse. Illum enim pactionis beneficio usurum esse apertissime declaratur [1] : « Finalement a esté accordé que par la présente trève nul préjudice ne puisse estre fait aux droits et

1. Cf. Ribier, *Lettres et Mémoires d'Estat pour servir à l'histoire de Henri II*, t. II, p. 629.

actions des particuliers, en laquelle de la part de Leurs Majestez impériale et roy d'Angleterre seront compris le Pape et le Saint-Siége..... et de la part dudit seigneur Roy Très-Chrestien sont compris nostre très saint Père le pape et le Saint-Siége apostolique.... » Nec satis hoc Regi visum erat : aliquanto post, adjecta pactioni conditione, nonnullos principes extra indutias esse noluit. Inter quos, nominatim designatos, ipsi annumerandi sunt Carafæ propinqui, iidemque Summum Pontificem consanguinitate contingentes. Exstant etiam, sed, nondum editæ in vulgus, litteræ quas, in ea occasione, maximus natu ex Pauli Quarti nepotibus, tum suo, tum suorum fratrum nomine, ad Henricum scripsit, ut ei gratias ageret, totum se Regis futurum esse, beneficii memoria, professus [1] : « Illustrissimus dominus Turnonius dominusque de Avansone Domino Nostro mihique litteras ostenderunt, quibus Tua Majestas Christianissima nobis mandavit se velle nos quoque fœderi adscribi. Etsi regiam Tuæ Majestatis clementiam, ejusque piam benevolamque mentem jam diu et ego et fratres mei, tui studiosissimi, ita cognovimus ut in te omnem nostram spem poneremus tibique in æternum nos addiceremus, tamen, ex hoc quam clemens sis perspicientes, a mœrore recreati sumus. Tibi igitur quam maximas solvimus gratias, et ego ipse manum tuam osculor. » Hæc, quam retulimus, epistola omnino fidem facit id semper Henrico certum ac deliberatum fuisse ut socios tueretur, nedum eorum patrocinio se abdicaret. Quomodo igitur apud omnes in Italia opinio fuit, Paulum hosti dere-

1. Bibliotheca Casanatensis, Romæ. Cod. XX, VI, 55.

lictum fuisse, eo ultionis avidiori, quo apertius in ejus odium offensionemque Pontifex irruerat? Quæ fuit illius aut erroris aut mendacii origo, nisi ipsa animi ægritudo quæ Paulum ejusque nepotes subiit, quum pacem evenisse audiverunt, qua clandestina eorum consilia ad nihilum redigerentur? Quomodo ea deinde fama percrebuit, nisi ex composito vulgata? Credibile est Henricum, a Pontificis familiaribus proditionis aperte insimulatum, mox proditoris nomen apud omnes habuisse. Quod quidem crimen, primum ab inimicis editum confictumque, pro vero deinde habitum est. Neque nos fugit nos dubiam rem ponere quæ nullo satis certo constet documento. Faciamus autem nos conjectura aberravisse : ecquis tum erit qui nobis rationem reddat cur tres historiæ scriptores, haud incuriosi rerum indagatores, nec quidquam affirmare soliti quod non pro explorato haberetur, imprudenter in tantum errorem inciderint? Quomodo factum est ut ex iis nemo ipsa indutiarum verba noverit quæ, chartis inscripta, dominus de Avansone Summo Pontifici tradiderat? Quomodo eosdem fugit Franciæ legatum, postulato ad Paulum aditu, longam, nec sine quadam dicendi arte, coram eo, habuisse orationem qua, salva Regis dignitate, Pontificem, ut decebat, factas fuisse cum Imperatore indutias moneret. Exsecutus mandatum, regius orator Henrico secundo legationem, renuntiavit, verbaque retulit quæ in re adeo difficili fecerat. Nec dubitari potest quin strenuam Henrico operam navaverit. Nemo erat qui, in magnis versatus angustiis, felicius se expedire calleret. Nemo erat qui ictum, invito Pontifice, fœdus in melius, tanquam obedientiæ ac venerationis testimonium, interpretaretur. Quæ

verba Paulus imprudenter habuerat ut se pacis amicissimum profiteretur, ejus animo, ut ita dicam, accurate proposuit, Regem non suæ, sed Pontificis voluntati obsecutum esse, non sine quadam irrisione, memorans : « Encore que de tout temps, Très-Saint Père, Vostre Sainteté ait tousjours fait profession d'aimer, désirer et procurer toutes choses saintes et bonnes; néantmoins, quand il a pleu à Dieu vouloir tant faire d'heur et de bien à son peuple... que de faire élection de Vostre Sainteté pour luy faire tenir le premier et principal lieu de son Eglise, elle a témoigné à tout le monde non seulement par paroles, mais aussi par louables et vertueuses actions qu'elle vouloit pousser jusques aux effets tout ce qui touchoit et appartenoit à l'honneur de Dieu.... et à la consolation de son peuple, qui estoit hors d'haleine par les continuelles afflictions qui luy provenoient des guerres...... *Elle n'a cessé de publier, tant en général qu'en particulier, qu'elle n'avait soif de chose de ce monde, tant que d'une paix universelle*... Il luy est advenu (à Henri II) une très honorable et très advantageuse capitulation de trêve, laquelle n'est moins à estimer, venant par votre seul moyen, que la grandeur mesme qu'il eut pu tirer d'une longue et dangereuse guerre; tant parce que la grandeur des princes consiste en honneur et réputation, *que parce aussi qu'il n'a point fallu descendre jusqu'à ce malheur, que de souiller les mains de vos Ministres et siens du sang des Chrestiens*........ Et a pensé Sa Majesté qu'il ferait chose très agréable à Votre Sainteté, très utile à tout le bien public, et très séante au titre qu'il a de Roy Très-Chrestien, d'accepter les conditions d'icelle........ Ce sont les principaux propos, Très-Saint Père, desquels Sa Majesté a voulu

que je rendisse compte à Vostre Sainteté; ensemble de toutes les autres particularitez, qui l'ont meu d'accorder ce qui est passé comme je feray, quand il luy plaira les vouloir entendre. *Toutesfois Sa Majesté n'entend pour tout cela entrer en jugement ni en justification avec Vostredite Sainteté;* j'ay seulement très expresse charge de luy faire de sa part très humble requeste, qu'elle se veuille contenter que les choses soient passées en l'estat qu'elles sont, et croire que Sa Majesté n'y a procédé d'aucune mauvaise ny sinistre intention, comme il fera paraistre par effects en tout ce qui touchera Vostre Sainteté et les vostres [1]. » Hæc omnia satis ad illustrandam veritatem valebunt, nec jam opus est ea persequi amplius, quum claris adeo argumentis luceant. Cur autem illi, quos supra diximus, historiæ scriptores ea ignoraverunt? Id unum nobis mirum ac prope majus intellectu videbitur, nisi forte credamus Pauli familiares, eosdemque Carafæ devotissimos, ut illatam sibi injuriam ulciscerentur, confictos de industria rumores in vulgus sparsisse, ac forsan de medio tabulas sustulisse, quibus mendacii convincerentur. Ita apud omnes opinio percrebuit quæ deinde ab Italicis historiæ scriptoribus excepta, immo vulgata ac per longam annorum seriem transmissa, etiam nunc fidem habet. Itaque non abs re alienum erat quid falsi in se haberet demonstrare. Neque supervacaneum fuit ostendisse (quod quidem proposueramus), icto apud Valcellas fœdere, duplicem explanandam esse quæstionem, quum non modo ad Franciæ regem Carolumque, sed etiam ad Summum Pontificem indutiæ pertinerent. Nos autem, quodcumque in tenebris hactenus jacuerat, in lucem evocare

1. Cf. Ribier, t. II, p. 631, 632.

conati, nobis tantum non sumimus (id enim superbum), ut, discussa obscuritate, nos omnem rei nodum explicavisse arbitremur. Sed, ut ea quæ disputare instituimus, unde orsa sunt, ibidem terminentur, illud iterabimus quod initio dictum est, scilicet haud indignam esse materiam quam sedulo historiæ scriptores amplectantur. Nunc faciamus nos, quamvis plura probabiliter argumentatos, nullam rei adeo insolitæ rationem obtendisse quæ probari posset, neque incerta Henrici consilia, fluctuantem diu voluntatem in omnia vicissim deverticula insecutos esse; faciamus etiam nos parum apte edocuisse quam in diversa Rex distraheretur, inter Pauli et Imperatoris societatem hæsitans; id tamen confidimus nos alteram materiæ partem satis superque in lucem manifestam protulisse : constabit enim Henricum, quamdiu de pace actum est, majoris inconsiderantiæ ac levitatis quam perfidiæ fuisse, neque ad dolum confugisse, nisi extremo colloquiorum tempore, ut, religioni suæ moderatus, ex angustiis, quemadmodum fieri poterat, se expediret. Constabit etiam (quod quidem maximi momenti est), Italicos historiæ scriptores falsum Regi crimen intentavisse, quod affirmare non dubitaverunt, facto apud Valcellas fœdere, Paulum, a socio suo proditum, hostium ludibrio derelictum fuisse.

Vidi ac perlegi
Lutetiæ Parisiorum in Sorbona,
a. d. X Kal. dec. ann. MDCCCLXXXII.
Facultatis Litterarum in Academia
Parisiensi Decanus,
A. Himly.

Typis mandetur,
Academiæ Parisiensis rector,
O. Gréard.

INDEX CAPITUM

CAPUT QUARTUM

CAPUT QUINTUM

CAPUT SEXTUM

Coulommiers. — Typog. Paul BRODARD et Cie.

COULOMMIERS. — TYPOGRAPHIE PAUL BRODARD ET Cie.